μῆρου, πῶν περὶ τὸν ἕμετόρχειται.

τὰ δηλοῦται ἀποτελέσματα τῆς ἐκλείψας, εἰσι τὰ ἔγγιον κέν-  
τρα, σκόπει δὲ καὶ πῶν φύσιν τῶν σωσόντων ἀστέρων, πλανητῶν καὶ ἀπλο-  
γῶν, ἢ τὰ πῦρ ἀπέλλονται καὶ ταῦτα ἀποφαινοῦ.

Ο κύριος τῆς σωσόντου ἢ τῆς πανσελήνου, ὅτε ἔστιν ἐπίκωνος, πελειού-  
ται τὸ πρᾶγμα οὐ ἔστιν ἢ ἐρώτησις.

Οἱ διαφῆοντες ἢ οἰκομῆται, δευτέρῃον φόρου τῶν ἀτελεισμα-  
των.

Οἱ διαφῆοντες δηλοῦσι ξηροτητα ἀδραν, καὶ εἰ ἐφ' ἑνὸς μέρους φέρου  
ται, δηλοῦσι τὸν ἀπὸ ἐκείνης τῆς γρηνασ ἀεμεν, εἰδὲ εἰς διαφορα μίση φέ-  
ρονται, δηλοῦσι ὑδατος ἐλατῆσιν, ἢ ἀκαταστασία ἀέρος, ἢ στρατευμα-  
των ἐπιδρομας, οἱ δὲ κρηται ὧν ἢ ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ Σ, ἢ αἰζώδια εἰσι  
λύφανωσιν οὐκ ἐκείνω βασιλέως πινός, πελοπῆσει ὁ βασιλεύς, ἢ μέγας πῆς οὐ-  
αἰτῆ, εἰ δ' ἐν ἐπαναφορᾷ, δὲ ἔξ τὰ τῶν κήμηλίων αὐτοῦ, καὶ ἀλλᾶξ τὸν  
διοικητῶν αὐτοῦ. εἰ δ' ἐν ἀποκλίματι γίνονται ἀρρώστια καὶ αἰφνίδιοι θνα-  
νάτοι, εἰδὲ κινεῖται ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολαίς, ἐπελθῆσεται ἔχθρος ἀλ-  
λότρεος ταῖς χείρας, εἰδὲ οὐκινεῖται, ἐγγχείος ἔσαι οὐχθρός.

Ραῖσις τῶν λείως ἐχούσης τὸν ἦμισμ. βρινόν, οἱ βασιλεῖς ἀνιερῶν  
ταῖς ἀπᾶθαις, ὡς ἐπιτοπλῆσιν.

Ordo duernionum.

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ο π.

# CL. PTOLEMAEI

## LIBRORVM DE IVDICIIS

Astrologicis quatuor, duo priores conuersi

in linguam Latinam à Ioachimo Ca-

merario Pabergense. *Authore Ioanne*

Annotatiunculæ in eisdem. *Annotatiunculae Camerarii in*

*opus quadripartitum Ptolemæi permissum*

Aliquot loci translati de tertio & quarto libro Pto-  
lemæi, per eundem Camerarium.

### IOACH.

Qui coeli immensos animo peragrauerat orbés  
Aetheream solitus Claudius ire uiam,  
Atq; ibi Phœbei cognouerat aduenæ cursus,  
Et spacia in terris annua mensus erat,  
Congressusq; & digressus cum fratre Dianæ,  
Et quod stellarum qualibet erret iter,  
Signaq; siderei descripserat ardua templi,  
Ac geminos intra cingula crebra polos.  
Idem & quid fructus nunc afferat illa notasse,  
Præstet & hoc quanta ars utilitate docet.  
Ne frustra tot flammis gurgus micat ignibus æther,  
Aut horum prosit igneus ordo nihil.  
Hunc iubet è græco ductum sermone, Latinus  
Vocibus & forma conueniente loqui.  
Cui Camerariadum gens auget nomen auita  
Quiq; aliquam è studijs famam Iochimus habet.  
Non tamen hæc laudare decet nos scripta, sed ipsum  
Haud puto scriptorem dedecorabit opus.

IOACHIMVS CAMER. IO.

VILHELMO A LOVBENBURG

EQV. Dño ac præfidi arcis Vual-

degk S. D.

**L**TSI animus non erat, cum dedissem excu-  
dendum typis æneis Græcū codicem Pto-  
lemæi, addere quicq̃ nostræ conuersionis,  
quæ & amicorū precibus illa flagitaretur,  
& haberemus ipsius nō nihil in diuerfas cartas inter le-  
gendū coniectum. Tamen postea cū opus procederet,  
& permulti à me peterent, ut uel translationem illius  
nostram, uel annotationes adijcere uellem, interq̃ eos  
essent, qui nō solum gratia, sed etiā autoritate apud me  
plurimū posse deberent, moueri animū meū sum pas-  
sus & flecti in hanc partem, in quam amicorū studium  
ac uoluntas impelleret. Sed mihi tum alia difficultas  
obijciebatur, neq̃ enī fieri poterat ut omnes libros tra-  
ducerē, & deformem putabā operis mutilati conspectū  
fore in publico. Etiā quicquid illius erat quod absolu-  
turi ad tempus editionis Græci scripti uidebamur, per  
illud erat rude atq̃ impolitū. Sed mihi in primis ami-  
corū uoluntas expressit hunc qualiscūq̃ operæ nostræ  
laborem. Sperabam tamen hoc etiā, uel fragmēta quæ-  
dā optimi scripti grata utiliaq̃ futura studiosis huius di-  
sciplinæ, maxime cū, cur enī nō fatear, non tā totius con-  
uersionis laudē sperare auderemus, q̃ alios ad illā uel-  
lemus incitare et quasi prouocare iuuenili hac exultati-

a ij

one

one nostra. Mihi enī nō admodū harū artū perito, nō maxima, eorum potissimum quæ in Genethliologicis à Ptolemæo traduntur, intelligentiæ spes relinquatur, nisi casus aliquis plura huius rationis scripta detulerit in manus nostras. Nā & doctiss. uirū & ingenio acerrimo Pontanū, in huius autoris scriptorū plæriscq; locis ualde sudasse uideo, quē tamē ipsū & Porphyrij & aliorū Platoniorū græci libri, quos se legisse significat, adiuuare, & quædā horū ipsorū librorum innominati autoris explicatio, intellectu singulari instruere potuit. Neq; enī mihi tam impedimento est ignoratio græcæ linguæ, in cuius lectione confido iā nō paucos sentire me esse mediocriter uersatū, sed ipsa res istas tenebras obuoluit animo nostro, dissentiēs à uulgaribus præceptis, quæ hodie ex libris Arabū sola tenentur atq; usurpantur. Nā etsi quædam habent illi græca, ut etiā hoc Ptolemæi scriptū, in suā linguā delata, tamē ea est abhorrentia cū sermonis tū rerū ipsarū, ut uix paucissima de his recte cognosci potuerūt. De Firmici aut doctrina quæ uidet à Græcis accepta, ipse quidē certe ait, quid dicam? Nā Pontanus, quē & ante honoris claritatisq; causa nominauī, ita illum magni pendit, ut nō dubitet pronūciare, de scriptis huius, si oīa extant, hanc disciplinā pristinam dignitatem & perfectionē recuperaturā esse. Sed quis non uidet, q̄ illius omnia à Ptolemæi traditis atq; etiā plæræq; ab Arabū istorum artificio aliena sint ac remota? Manilij aut uersus tanq; prisca uatis & Fausti carmina à nobis quidem legūtur, ex quibus innumera-

bilibus

bilibus si unus intellectus se patitur ad usum præsentē adaptari, præclare actū nobiscū arbitramur. Quapropter cū mihi in hoc conatu quæ opem suppetiasq; ferre possent defuerint, ignosci mihi oportere puto, quod difficillimā partem operis dereliquerim imperfectam, atq; etiā hæc quæ elaborauimus, cū ueniā à studiosis lectū iri confido. Neq; enim temporis, nec industriæ tantū adhibere potuimus, q̄tum instituta cōuersio nō uulgaris neq; triti scripti desideraret. Hoc tamen spero me cōsecutū, ut Ptolemæi sententiā expresserim. In quo si non fallor, quid præterea magnopere ab ullo requiri possit nō uideo. Cogitaram sanē complusculos locos ex posterioribus quoq; libris duobus, quasi flosculos decerptos traductiōe nostra adijcere prioribus. Sed hoc propositū meū fregere multarū rerū uaria negotia, quæ me, ueriss. enim dicere possum, planè obruerunt hoc tempore. Inter tamen maximas difficultates collegi aliquot, minus quidē multos, at præcipuos, nisi fallor, & qui instar multorū habere uideantur. Cura uimus etiam accepta alia duo opuscula à doctiss. uiro Ioanne Schonero, cuius ego in Mathematis, singulari rem peritiam, non de scriptis modo, sed etiam consuetudine illius prædicare possum, ab hoc igitur accepta duo opuscula adiūgi ad nostra curauimus, quorū utrūq; illi admodū probaretur. Vnum quidem negligentius uiculis exaratū, legentes alicubi fortasse offenderit. Sed hoc ipsum uitiū reliquorū bonitas facile uidetur esse cōpensatura. Hanc opellam ingenij atq; studij nostri,

a iij      & cōmu-

& cōmunem q̄q̄ mihi cū Schonero nostro editionē, ti-  
bi misimus dedicatim Io. Vilhelme, quē cū magna assi-  
duitate & industria singulari in hac disciplina uersari  
sciremus, quemq̄ cōsideremus nos ac scriptūculas no-  
stras nequaq̄q̄ despiciere. Hæc igit̄ si tu p̄baris, q̄ impro-  
bare uoluerint, satis negotij habituros puto, ut doctis  
suam improbationem probare possint. Non enī tu is  
es, qui dere tantū, sed etiā qui de elocutione ipsa cer-  
tissimū iudiciū facturus esse uideare. Mihi quidem fa-  
mæ laudūq̄ tuarū honestissimarū nūc̄ij fuere, Appia-  
ni Schoneriq̄ nostri libri dicati nomini tuo. Sed gra-  
uissimus testis accessit nup̄ insignis Iurifcons. Amantia-  
us, à quo, ut tu scias, stipulatus beneuolentiā tuam ha-  
beo promissam oratione exquisita & legitima, sed ma-  
gis amoris q̄ fori. Huius tibi ut intelligo fidem præ-  
stare est necesse, quo minus mihi erga te laborandum  
literis meis, ne non modo ipse dubitare de humanita-  
te tua, sed etiam auctoritatē grauissimi testis, ut aiebam,  
quicq̄ apud me cū magnitudine amoris, tum ingenio  
atq̄ doctrina ualere plurimum debeat, diminuere uide-  
ar. Vale. Cal. August. Anni à CHRISTO seruatore na-  
to M. D. XXXV. inter apparatus discessionis no-  
stræ è Norico.



# CLAVDII PTOLE

MAEI MATHEMATICI OPE

RIS LIBRI QVATVOR, IN QVI  
bus de iudicijs differitur. ad Syrum.



**D**VO sunt Syre, quibus peruenitur ad astronomicas prædictiones, præcipua quidem & maxima. Vnum quod primum & loco est & potestate, quo Solis, Lunæ & Stellarum motuum configurationes cum erga se tum terram deprehendimus, Alterum quo de illarum configurationum naturali proprietate consideramus subiectarum rerum mutationes. Atq; horū prius & suū habet & per se dignum tractatu studium, etiam si adiunctione alterius ad finem prædictionum nō perueniatur, deq; illo peculiariter & q̄ potuimus certis argumentis rationem uestigatam alio libro explicuimus. De altero autem, minusq; adeo ex sese perfecto, in præsentia uerba facere decreuimus, conuenienti quidem philosophiæ modo, Atq; ita, ne ab ullo, cui ueritas curæ sit harum rerum comparatio fiat cū prima & immutabili certitudine, cum intellexerit materiæ & illius habitudinis imbecillitatem, & difficultatem coniecturæ capiendæ, Neue quis à contemplatione eorum, quæ percipi possint resiliat, cum uideat tā multa in uniuersum planè ab hoc circumfuso cælo affluentis nobis causas declarare. Solet autē fieri, ut quicquid pauci assequi possunt, id in multorum reprehensionem incurrat. Harum uero duarum scientiarum, quam loco & potestate priorem diximus, si qui calumniari uelint, merito cæci prorsus habeantur. Sed altera præbet sanè non leuem occasionem insectatoribus. Nam alij difficultate cognitionis adducti, scientiam esse negant, alij quia non facile quæ impendere sciunt, possint euitari, inuicem etiam finem cognitionis criminantur. Proinde antequam

b ad

ad explicationem singulatim accedamus, placuit exponere rationem utriusque quatenus & possit hoc modo, & utile sit prænoscere futura. Posse autem priore loco disputabimus.

¶ Astronomicarum præuisionum scientiam esse, & quatenus ea tendat.

**P** Rincipio euentissimum est & non indiget uerbosa probatione, pertransire & diffundi uim quandam ab ætherea & sempiterna natura, in uniuersa terræ circumposita & semp mutationi obnoxia, quæque sub Luna sunt prima elementa, ignis & aeris, quæ quidem ipsa includantur & agitentur, æthereis motibus, includant autem & coagitent inferiora omnia, terram & aquam, & quicquid in illis nascitur animantum aut germinum. Nam & sol ipse unam cum cælo circumdatam omnia terrestria perpetuo quasi ordinat, non modo per mutationes statorum in anno temporum, quibus animantibus uita, germinibus fructus quibusque suis tribuitur, & laticum fluctus & corporum affectiones procurantur, uerum etiam quotidiano circuitu, cum calefaciens & humectans tum arefaciens & refrigerans constanti ordine & modo profigurationibus conuenientibus ac puncto uerticali nostro. Luna uero ut proxima terris, manifeste in terrena influat, cum illa enim consentiunt & commutantur pleraque omnia & animata & inanimata. Ipsi fluij nunc augetur, nunc decrescunt, secundum Lunarem splendorem. Ipsaque maria impetu diuerso pro eo ac illa oriuntur aut occidunt, feruntur. Denique germina ac animantes aut omnino aut aliqua ex parte unam cum Luna incrementa & detrimenta sentiunt. Iam stellarum decursus plurimum significant in aere, uel æstus, uel uentorum uel hiemis, quibus conuenienter & terrena afficiuntur. Ipsarum autem inter se configurationes, cunctaque congressæ effectiones suas commiscet, plurimarum & uariarum mutationum causæ sunt. Nam quamuis Solis uires in ordine generalis constitutionis antecellant, ipsæ tamen in reliquis aut adijciunt aliquid illi, aut demunt. De Luna quidem res est & manifestior

& cre

& crebrior per interlunia & plenilunia atque inter medio tempore, dereliquis autem & incertior & interuallis rarior: ut dum illæ apparent aut occultantur, aut aliqua in declinatione sunt. Quæ si quis considerauerit, facile intelliget non modo constitutiones rerum affici ab illarum motibus necesse esse, sed etiam seminum & iniuria & perfectiones fingi & informari, pro habitudine cæli cõsequens indicabit. Quapropter qui inter agricolas & pastores præceteris sunt diligentes, de flatibus eorum temporum quo seminem fecerunt aut pecus ad coitum admisere, coniecturam facere solent de euentu. Et ut breuiter dicam, Quicquid in uniuersum accidit, hoc non contemplatione naturæ, sed sola obseruatione de euentibus ☉ & ☾ configurationibus, & reliquarum stellarum significationibus præuideri à plerisque cernere est. Atque horum nonnulla excellentiore quadam uel & simpliciore ordine procedentia intelligunt non modo penitus indocti homines, sed & bruta animalia quædam, sicuti sunt temporum & flatuum annua discrimina, quorum semper est ☉ autor. Quæ uero maioris negotij sunt, ea tamen non fugiunt quosdam necessitate rerum suarum adactos ad obseruationes. Ut nauitæ sciunt illi quidem significationes certas hiemis & uentorum, quas dant ☉ & ☾ & fixarum stellarum cum Sole configurationes, uerum quia neque tempora neque loca, quippe imperiti astronomice scientiæ, notata, neque cursus stellarum errantium collectos habent, ideo non raro contingit illos errare. Quid autem obstabit quo minus qui exquisiuerit stellarum omnium atque ☉ & ☾ motus, ut iam nullum configurationum neque tempus neque locum ignoret, si etiam ordine & consequentia expositionis harum rerum percepto distinctas naturas omnium quæ diximus perspexerit, non iam dico quæ in rebus subiectis appareant, sed quarum effectiones potestate constent, ut quod Sol calfaciat, Luna humectet, decem reliquis similiter, sique is sit, cui ingenium hac in parte suppetat, quid inquam, obstabit, quo minus naturaliter et certo, ex omni commistione, proprietatem habitudinum discernere possit, ita ut de quocumque tempore proposito explicet iuxta rationem eorum quæ tunc in celesti contemplatione obseruauit,

b 2 circum

circumfusi cæli proprium modū et statum, ueluti futurum aut calidiorē aut humidiorē? Similiter ut hominum propria singulorum constitutionis generalem cognitionē habeat, collectā a statu circūdantis cæli, ueluti, corpus alicuius tale esse, talē aut animus, quæ etiā consequetur casuum singularium præuisio, nempe q̄ talis cæli status, tali constitutioni aptus sit & conducat ad prosperitatem, talis uero contrarius & in aduersa ipellat. Hæc igitur fieri posse ut percipiānt, ex his atq̄ similibus facile patet. Quod autem non sine causa, quis immerito, quasi fieri, ut percipiāntur, nequeat, calumniā sustinet, nunc deinceps docere conabimur. Primū quidem intelligendum multa errata, eorū qui parum accurate in re magnæ & multiplicis considerationis uersentur, derogare fidem scientiæ, & facere ut fortuita uideant etiā quæ ueritatem complectuntur. Quod non recte fit. Nam hæc imbecillitas non est scientiæ sed professorū. Præterea bona pars quæstus gratia huius scientiæ nomē & dignitatē alijs artibus uaticinatribus prætexere cōsueuere; q̄ cum fidē apud uulgus inueniunt, illis quædē imponunt, cum uideantur prædicere plurima, atq̄ ea quæ quibus prædictis naturalis nulla ratio subsit, uerum qui rerum inquisitioni student, ex eo ipso etiā damnant prædictiones naturalibus rationibus munitas. Sed iniuria, nisi & philosophiam e medio tollendam censeamus ideo q̄ qui illam professi sint, nonnulli improbi reperiantur. At est manifestum, multum falli in hac parte etiā diligentissimos & summo studio in mathematicis uersatos. Non fit hoc propter quicquid eorum quæ diximus, sed rei natura & infirmitate profitentū in tanto onere professionis. Nam præterq̄ q̄ materia quo modo sese habeat, generaliter consideramus non certitudine aliqua sed coniectura, præsertim quæ ex multis diuersisq̄ rebus concreta sit. Hoc quoq̄ accidit, ut configurationes quas ueteres tradiderunt, & quibus nos iudicia accommodare consueuimus, pronunciantes de ijs quas nunc obseruamus, ut illi olim, eæ igitur configurationes ne semel quidem cū nostris similes & cōgruentes repertæ sint. Nam magis quidē aut minus concordare possunt, atq̄ id quidem immensis

tempo

temporum ambagibus, prorsus aut conuenire nullo modo, cū oīm rerum celestium simul ac terrestrium instauration, (nisi cui libeat inanitate quadam gloriosa ostentare scientiam & perceptionem earum rerum quarū nulla esse potest) aut non sit prorsus expectanda, aut nō intra saltem tempus q̄ humano intellectu comprehendatur. Si quando igitur in prædicendo erratum fuerit commissum, ex eo usu uenit, q̄ subiecta exempla dissimiliter se fuerint. Atq̄ hæc una est in aeris exploratione difficultas, ad quā nulla accedit causa cōperiendæ motuū celestium. Quod autē ad Genethliologica & alia singulatim & peculiariter cōpositarū regū iudicia attinet, per multa cernere est quæ singulares cōstitutiones illarū adiuuent & conficiant. Quis enim nescit quantum seminum diuersitas ad proprietatem generis uniuscuiusq̄ momenti habeat, cum & hoc ipsius cæli circumfusi & definiti omnibus terris hemisphærii ambitus opus sit, ut uires omnibus seminibus instruat quibus unūquodq̄ in sui generis effectione & informatione exerceat, ut hominis, equi, & cæterorum? Loci etiā in quibus gignimur ne ipsi quædē mediocres mutationes afferunt cōstitutionibus. Nam & singulorū generum seminibus propositis, ut exempli gratia, humanis, & eodem in statu aeris, tamē multū diuersis in locis geniti & corporibus & animis inter se differre comperimus. Et ut hæc omnia paria faciamus, ipsam tamē educationem & consuetudines, nonnihil ad uitam degendam singulatim conferre constat. Quo circa, etsi uis maxima est circumfusi cæli, quod hæc omnia quæ diximus & ipsum in talē modū adornarit, cum illa contra in hoc nihil contulerint, tamen nisi quis & ipsa coniunxerit cum aeris causis multum turbabuntur qui oīa arbitrati fuerint sese collecturos ex solo supernorū motu, etiam quæ ab illis absolute non dependeat. Ex his igitur facile poterit intelligi, q̄ peruerse facturi simus si propter quædam errata iudiciorum, ipsam totā rationem euertere uelimus. Neq̄ em̄ gubernandi artem ideo respuimus, q̄ gubernatores sæpe offendunt. Ac si nō potius ut in tanta & tam diuina professione grati eodem aīo contēti fuerimus eo ipso quod supra uires nostras nō

b 3 sit

fit, Siue tanq̄ humano q̄dani more certa omnia ab ipsa postula-  
uerimus, cum magis debeamus nostrum studium ad illam cōfer-  
re & bonitate quadam animi attribuere etiam aliena. Vtq; non  
uertimus Medicis uitio cum & de morbo & de ægrotātis natu-  
ra sæpe pcontant, ita etiam hac in professiōe ne pigeat assume-  
re & genus & regionē & alimoniā, atq; adeo nō nihil etiam eorū  
quæ iam acciderunt.

¶ Essē utilem.

**Q**uo igit̄ modo fieri possit ut de Astronomiā aliq̄d prano-  
scamus, & ulterius nō tendat hæc scientiā q̄ ad aeris acci-  
dentia & quibus ex ea causā homines afficiantur, quæ sunt, ut  
opinor, prima compositio uirium & actionū, corporis animiq;  
itēq; certæ affectiōes & longæuitas & breuitas uitæ, præterq;  
etiam illa si qua sunt cum his principijs pprie & naturaliter co-  
pulata, ut cum corpore res familiaris & conuictus; animo existi-  
matio & dignitas, quod etiam certi casus referendi erunt? Hæc  
igitur confido in superioribus esse explanata. Sequitur utilitatis  
consideratio, quam & ipsam paucis absoluemus. Sed prius con-  
stituendum uidetur quid utile hac in parte intelligi, & ad quem  
finem referri uelimus. Nam si animi bona spectabimus, qd̄ pote-  
rit esse optabilius ad tranquillitatē, gaudiū, felicitatē, q̄ hæc de  
qua loquimur futuroꝝ cognitio, qua & humanorū & diuinorū  
cōtēplatores efficiuntur? Siue corporis magis à nobis respectus  
habetur, nulla est scientiā qua intelligi melius possit quid unius  
cuiusq; constitutiōi aptius conducibilisq; sit. Quod si forte nō  
est largitrix opum & gloriæ & aliorum huius generis, non fera-  
mus molestie, cum idem crimen totius philosophiæ inueniatur.  
Nihil enim horum ipsa quidem docet acquiri. Sed ut neq; hanc  
ideo damnamus, ita etiam nostram scientiam conseruabimus,  
maiores & potiores utilitates persequentes. Omnino si quis ex-  
rat, reperiet à nulla planē re quæ alicuius momenti sit, huius sci-  
entiæ reprehensionem duci. Hoc enim tantum dici audimus,  
super

superuacaneā esse cognitionem earum rerū futurarū quæ inuē-  
tabili modo futuræ sint, & dici ne hoc qd̄ disertæ. Neq; enī etiā  
in ijs rebus quæ necessario accidunt, ignoramus subitū & inopie-  
nis aduersitatibus animos magnopere percelli, & successibus ex-  
tollī. Sed præuisio futurorum animū componit et moderatur  
meditatione absentium tanq̄ præsentium, & præparat ad exci-  
pienda uentura cū tranquillitate & constantiā. Non autem exi-  
stimandum est omnia à supernis causis in res rectā humanas de-  
riuari, tanq̄ inuolabili & diuino quodam edicto, proposito sine  
gilatim, ut nulla alia uis obsistere quin ita illa grassentur ualeat.  
Nam ipse quidem celestium corporum motus sempiternus est,  
& procedit diuino & inuariabili ordine & lege. Inferiora autē  
mutationibus subiiciuntur de superioribus quidē & primis causis,  
sed accidit hoc illis per consequentiam legis & ordinis natu-  
ralis & uariabilis. Præterea sunt quæ hominibus accidunt circum-  
stantiā aliqua generali, non autē ex unicuiusq; naturali & pro-  
pria constitutione, ut si qua ingenti & ualida aeris conuersione,  
totæ gentes intereant, sicut fit in ardoribus, pestilentia, diluuiōi-  
bus, cum semper minor causā maiori succumbat. Alia autē ene-  
niunt singulorum peculiari & naturali constitutione, per exigua  
& faciles aeris contrarias affectiōes. Quibus hoc modo di-  
serte cognitū, perspicuū sit, q̄ quæcumq; à prima causā uel in  
uniuersum uel singulatim moueantur, hæc inuariabili modo pro-  
cedere, cum illa insuperabilis sit & omni contra nitente ui præ-  
stantior. Quæ autē aliter se habeant, eorū quibus cōtrariæ affecti-  
ōes contigerint, facilem esse conuersionem, quibus uero defue-  
rint, illa primas causas sequi. Hoc uero fit inscientiā hominum,  
non illarum necessitate & potētia. Quod ipsum animaduertere  
est similiter geri in omnibus quibus naturalia sunt principia.  
Nam & saxa & germina & animantes, atq; insuper etiam uul-  
nera & morbi & ægritudines, partim necessarias habent effecti-  
ōes, partim ex eo q̄ contrariam habet effectiōem dependēt.  
Atq; ita existimari par est, naturæ studiosos prædicere hac sciē-  
tiā euenturas res hominibus, non inanitatē quandam opinionū  
ingre-

ingredientes. Quæ enim habent multas & ingentes effectiõnũ uires, euitari non possunt, cum alia quibus illud non accidit facile conuersiones admittant. Hoc modo & medici si qui in notandis morbis exercitati sunt, planè præuidēt qui lætales sint, qui ue curabiles. De his igitur quæ mutationibus obnoxia sunt, ita audiemus differētẽ Genethliacum, ut si uerbi causa, talem orationem habeat. Quoniam talis est de qua loquor cõstitutio, fiet si proprietates aeris tali modo conuertantur, magis quidem aut minus ad subiectas congruentias, ut illinc talis quispiã morbus existat. Eodem modo & medici prædicũt de ulceribus, quæ uel ut serpent, uel ut putrescant, futurum pronuntiant. Similiter & de metallis exemplum dari possit, ut si quis doceat lapidem Magnetem, id est Herculanum, ferrũ ad se trahere. Nam quem ad modum hęc utrumq; per se tendit rectam uiam, in quam à primæ illius naturæ uia rapitur, si relictum sibi sit, ignoratione contrariæ effectiõnis, sed si medicinam contrariam ulceri opposuerimus, neq; illud iã serpet, neq; putrescet, neq; lapis Herculanus illito alij succo iam ferrum attrahet. Sicut igitur hęc obsistunt, & contrarias effectiõnes inducunt naturaliter & fatali lege, ita in his quoq; rebus sit de quibus loquimur. Ignorata enĩ aut præuisa quidem, sed neglecta tamen ea quæ hominibus euenire debeant, haud dubie seriem primæ illius naturæ sequuntur, præuisa aut & sortita curam, naturaliter & fatali etiã lege aut auertuntur penitus, aut leuiora efficiuntur. Cum aut, ut semel dicam, nihil intersit quod ad hanc uim attinet, inter generalia & singularia, mirum uideri possit, qua nam de causa in uniuersum quædã persuasum plerisq; sit & præuideri illa posse, & præuisis utilem esse attentionem. Maxima enim pars hominum fatentur se quæ uenturas cognoscere & annuorũ temporũ mutationes, & significationes stellarũ inerrantium, nec non & configuratiões. Ad quæ etiam cognitionem non mediocrem cautionem adhibent magna cura præparantes ad æstus gelidifica, ad hiemes calidifica, omninoq; dāt operã ut rerum cunctarum naturæ temperentur. Præterea quòd rectiora fiant omnia & in temporum conuersionibus

tionibus & tuto naues in portu soluantur, obseruant significatiõnes fixarum stellarum. In coitu autem pecorũ & sementibus cõfigurationes & augescete illius lumine, neq; quisq; inuentus est qui hæc damnaret ut quæ aut non obseruari possent, aut obseruata nihil afferrent fructus. Cur igitur negant esse singulatim præuisionem, ex proprietatibus reliquarũ commistiõnũ, ut æstus hiemesue intentiores aut remissiores futuras, de quibus item uniuersarũ propriã constitutione, uel quare inutilem ferè in his cautionem esse uolunt? Cum manifestum sit, si ad generales æstus gelidis instructi minus illum sentiant, similem posse efficientiã esse etiam in singularibus rebus, quarum constitutio augmenta magni coloris complectatur. Sed enim omnis hic error ex eo nascitur, quod ferè propter difficultatem in singulariũ præuisionibus parum exercetur, quæ res & alijs penè omnibus scientijs fidem detrahere solet, quodq; contrariæ effectiõnis uis negligitur. Et quia nõ multum inuenire est talem constitutionẽ & tam perfectam, cui non impedimentum à prima illa natura obijciatur, ideo opinio extitit, incommutabiliter nobis uniuersa & inuitabili modo penitus immitti. Verũ sicut ipsa præuisio, etsi non nusq; incurrens, tamen quia aliqua sit, digna summo, nisi fallor, studio uidetur. Ita etiam de attentione faciendũ iudico, ut quibus non cuncta sanare possimus, tamẽ quæ possimus seu magna siue parua, in his libèter & grato animo illam amplectamur, & nõ uulgaris lucri instar ducamus ipsius factã nobis copiam. Quæ omnia ita ut exposuimus sese habere cum & Aegyptij intellexissent, à quibus maxime auctam huius artis uim scimus, adiungere ubiq; astronomicis præuisionibus medicinæ præcepta. Neq; illi constituisent expiationes & auersiones & curas eorũ quæ ab aere uel inciderent uel imminerēt, & in uniuersum & singulatim, si in ea opinioẽ fuissent, amoueri illa aut eueri nullo modo posse. Nunc uero quæ contrarias effectiõnes in ordine naturæ habent, quasi secundo in loco fati ponentes, coniungere cum præuisionis uia, ad usum & fructum omnium, uiam præceptionũ quas illi uocant compositiones iatromathematicas, quæ uox signifi-

cat conuictionem rerum medicarum cum mathematicis. Qua ratione Astronomia quidem declararet subiectarum constitutionum proprietates, & quid casuum caelum circumdās nos intenderet, & suas quorumque causas, nam sine horum cognitione opem certam ferri posse non sunt arbitrati, quippe qui scirent non eandem omnibus corporibus aut morbis conuenire. Sed medicinae scientia hoc efficiebat, ut & futuri mali auersio & praesentis curatio quod ad eius rectissime fieri posset, de concordibus aut contrariis singulorum effectibus existeret. Verum de his ac summam quidem haecenus. Nunc transeamus ad explanationem harum rerum, ordiētes ut in praeciputionibus a primis, hoc est, quae sit caelestium corporum & propria uniuscuiusque natura & efficacia, ita ut tradidere ueterum naturales observationes, praecipue ceteris de stellarum errantium uiribus, de quibus ☉ & ☾ differamus.

#### ¶ De uiribus stellarum errantium.

- ☉ **A** nimaduersum est naturam Solis effectum habere caloris, paulatimque siccitatis. Hunc nos etiam sensibus percipimus multo certius quam reliquarum stellarum, propter ipsius & magnitudinem, & euidentiam mutationum temporalium, quando quidem quo propius ☉ accedit ad uerticalem nostrum locum, eodem magis ea quae diximus experimur.
- ☾ **A**t Luna propterea quod proxime terram fertur, unde humidae exhalationes exeunt, plurimum madefacit. Atque ita prorsus subiecta corpora potissimum & mollia reddit & putrefacit. Habet tamen propter illustrationem Solis etiam calefaciendi communicationem.
- ♄ **S**aturni stella maxime frigidifica est, sed & nonnihil arefacit. Quod ut uerisimile est, & a Solis calore, & terrae humiditate longissime distat. Ceterum & huius stellae & reliquarum uires exquiruntur etiam de observatione configurationum ipsarum cum Sole & Luna. Nam secundum illas aliis aliter pro intentione et remissione circumfusi nobis caeli modum constituere manifestum est.
- ♃ **S**tella Iouis temperatae naturae est. Media enim fertur inter frigi

frigidificam Saturni & aestuosam Martis. Calefacit autem & humectat, sed quia calefaciendi uis praecellit, ideo foecundi ab illa uenti excitantur.

Martis stella & arefacit & urit, sicut congruit igneo ipsius coloris & uicinitati Solari, cum subiectus illi sit orbis ☉.

Stella Veneris eandem habet effectus, quod quidem ad temperationem attinet, quos ☿. Sed ratio est diuersa. Nam quod uicina est Soli, nonnihil calidifica est, sed multo uehementius humectat, quemadmodum & Luna, propterea quod ingenti luce praedita attrahit exhalationem humidam a proximis terrae locis.

Mercurij stella ferè quidem non minus aliquando arefacere quam humores absorbere, propterea quod non ualde longe a Sole recedat. Aliquando tamen & humectare deprehenditur, cum supposita sit terrae proximo orbi Lunae. Subitaque autem mutationum in utramque partem effectrix est inflata quasi celeritudine comitatus solaris.

Quae cum ita sese habeant, cumque quatuor sint humores seu prima naturae: Duae foecundae & uiuifica, nempe calidi & humidus, ex his enim omnia & coalescunt & roborantur: Itemque duae exitiales & detrimentosae, aridi & frigidi, unde rursus dissipantur & debilitantur omnia: Tradidere similiter ueteres & stellas beneficas esse ☿ & Lunam, eodem quod temperatae naturae sint, & in qua plurimum insit calidi & humidus. Stellam uero ♃ & ♄, maleficas, quod contrariae sint naturae & effectus. Alteram enim frigidissimam, alteram feruentissimam esse uoluerunt. In medio uero reliquerunt Solem & stellam ♃, ut participes utriusque naturae, suosque effectus accommodantes illarum stellarum ad quas accesserint proprietatibus.

#### De stellis masculinis & foemininis.

**R**ursus cum primarij sexus duo sint: Masculinus & foemininus, conferenda ex supradictis naturis humiditas ad foemininum, quod illa in hoc sexu abundet, reliquae uero ad masculinum apponentur. Proinde conuenienter traditur ♀ stella & Luna fo-

minini sexus, ppter ea q̄ in illorum naturis humiditas excellat, Sol uero stellaq̄ ♄ & ♃ & ♂ masculini. At ♀ stella utriusq̄ participem, cum ex pari sicca & humidæ constitutionis effectrix sit. Cæterum ipsæ etiam stellæ masculas foemininasq̄ uires suscipere dicuntur, pro eo atq̄ erga ☉ sese habuerint. Ac mascullescere quidem matutinas & antecedentes, uespertinas & sequentes effoeminari. Similiter pro eo atq̄ habuerint sese erga horizonta. Nam ab oriente usq̄ ad medium celi, necnon & ab occasu usq̄ ad imum celi, mascullescere tanq̄ orientales, in reliquis aut duabus portionibus tanq̄ occidentales effoeminari.

¶ De diurnis & nocturnis.

**P**raterea cum euidencia temporum discrimina dies & nox efficiat, & diurnum quidem spacium masculum censeatur propter calorem & rerum gerendæ opportunitatem, nocturnum uero foemininum, propter insitum humorem illi, & acquiescenti conuenientiam. Stellæ quoq̄ consimili ratione nocturnam esse docuere Veneris & Lunam; diurnos Solem & stellam ♃, promiscuum ♀. Sic ut matutina in figura diurnus; in uespertina nocturnus habeatur. Vtriq̄ etiam conditioni attribueri maleficarum alteram, secuti non similitudinem sed diuersitatem naturarum. Nam si stellis bonæ constitutionis similia applicata fuerint, augentur uires bonitatis illarum, sed exitiabilibus admista dissimilia coercent uehementiam maliciæ illarum. Qua de re frigidam ♄ stellam attribueri calori diurno, at ♂ siccam humiditati nocturnæ. Hoc enim modo utraq̄ ad temperatam conditionem accedet, postq̄ à contraria constitutione correctæ, moderatoremq̄ adeptæ fuerit.

¶ Quidualeant configurationes erga Solem.

**N**eq̄ ignorandum uires cum Lunæ tum trium stellarum ♄ ♃ & ♂ intendi aut remitti de figuratationibus erga Solem

lem. Luna enim ab oriente usq̄ ad primum incrementum cum quasi dimidiata apparet, efficiens est humiditatis maxime. Inde uero usq̄ ad plenilunium, caloris. Hinc etiam usq̄ iterum ad dimidiationem, siccitatis. Atq̄ etiam hinc ad interlunium usq̄ frigiditatis. Et stellæ, quas diximus, matutinae usq̄ ad primam stationem, humoris plurimum habent. A prima uero statione usq̄ dum oriuntur de nocte, magis calefaciunt. Hinc etiam usq̄ ad secundam stationem, magis desiccant, à qua quidem donec occultentur, magis frigefaciunt. Atq̄ has singulæ uires in uniuersum quidem in circumfuso nobis cælo exercent, quibus præualentibus uarietates tamen constitutionum plurimæ existunt, ex commistione diuersarum stellarum, coercente contraria semper natura uniuscuiusq̄ effectuum uehementiam.

¶ De uiribus stellarum inerrantium.

**S**uperest ut stellarum quoq̄ fixarum naturas & proprietates effectuum percurramus. Nunc igitur deinceps sicut de errantibus fecimus, perensebimus & in his peculiariter obseruatas rationes. Ac primum quidem earum quæ per signiferum descriptæ sunt.

In capite ♃ stellæ effectus habent commistos ex uiribus ♂ & ♄. Quæ in ore sunt, idem possunt quod stella ♀, nonnihilq̄ quod ♄. Quæ in posteriore pede, Martiæ; in cauda Veneriæ sunt.

Vbi Tauri signum quasi amputatum cernitur, ibi stellæ sunt naturam sapientes ♀ & ♄ aliquantulum. At Vergiliæ Lunam Martemq̄ referunt. In capite inter fuculas una luce rutila excellens, quæ & facula dicitur, Martiæ est.

Geminorum signum in pedibus stellas habet, quarum natura similis est naturæ ♀ & nonnihil ♀. In femoribus lucidæ stellæ Saturniæ sunt. In capitibus duæ nitent, quarum prior Mercurialis est cognomento Apollinis, posterior Martiæ, cognomento Herculis.



♄ In Cancris oculis stellæ duæ, effectum similem habent stellæ  
 ♄ & aliquantulum ♂. In brachijs stellæ Saturniæ sunt & Mer-  
 curiales. Ille uero in pectore quasi girus nebulosus præsepis co-  
 gnomento, Martius & Lunarís est, iuxta quem utrinque positi, ut  
 uocantur, Afini Martij sunt & Solares.

♌ Duæ stellæ in Leonis capite idem possunt quæ ♄ & paulatim  
 accedunt ad ♂ etiam naturam. In ceruice tres Saturniæ sunt  
 & aliquantulum Mercuriales. At illud in corde lucidum sidus, Re-  
 gulum uocant, æquale est ♂ & ♃. Aliæ in ilio, & una in cauda  
 splendida Saturniæ & Veneriæ. Aliæ in femoribus Veneriæ et  
 & nonnihil Mercuriales sunt.

♍ Virgo habet in capite stellas & unam supra alam australem  
 idem pollentes quod stella ♄ & referentes nonnihil ♂ quoque na-  
 turam. Reliquæ in ala & quæ sunt in cingulo Mercuriales sunt,  
 & aliquantum Veneriæ. Una in ala septentrionali, uindemiato-  
 ris nomine Saturniæ et Mercurialis. At illa quæ spica nominat Ve-  
 neria & aliquantum Martia est. Aliæ in extremis pedibus & ue-  
 stimenti tractu, Mercuriales & nonnihil Martiæ sunt.

♏ In Chelis quæ sunt in iugo siue chelis Scorpij extremæ stel-  
 læ effectus habent similes stellæ ♃ & ♄. Mediæ uero ♄ & aliis  
 quantulum ♂.

♐ In ipso Scorpio, quæ in fronte sunt splendide idem ualent quæ  
 ♂ paulatimque accedunt ad ♄ quoque naturam. Quæ in corpore  
 numero tres, quæ mediâ reliquis rutila luce præstat, nomenque  
 habet græcum quo Marti comparatur, referunt naturam ♂ &  
 nonnihil ♃. Quæ sunt in nexibus dorso Saturniæ nonnihilque Ve-  
 neria. Quæ uero in ipsa cauda, Mercuriales & Martiæ sunt. At  
 girus ille nebulosus, ut dicitur, Martius est & Lunarís.

♑ Ex stellis quibus sagittarij signum effingitur, sunt in cuspide  
 sagittæ Martiæ & Lunares. In arcu & ubi illæ manu compræ-  
 henditur Iouiales & Martiæ. Illæ in ore girus Solaris & Marti-  
 us. Aliæ in fascia & dorso Iouiales & aliquantum Mercuriales.  
 Aliæ in pedibus Iouiales & Saturniæ sunt. Illa caudæ quatuor  
 laterum figura Veneria & aliquantulum Saturniæ est.

Stellæ

Stellæ quæ sunt in cornibus Capricorni idem efficiunt quod  
 ♄ stella, & ad ♂ quoque naturam paulatim accedunt. Quæ in ore,  
 quod ♄ habentque nonnihil ♄ uiriū. Quæ in pedibus & alio ♂  
 naturam & ♄. Quæ in cauda ♄ & ♃ naturam referunt.

In Aquarij humeris itemque ueste & manu sinistra stellæ sunt  
 effectus similis stellarum ♄ & ♄. In femoribus quæ cernuntur  
 magis ♄, minus Saturnum referunt. Quæ in profuso latice, Sa-  
 turni & aliqua ex parte ♄ naturam habent.

Stellæ in capite Piscis australis ♄ uires repræsentant, habentque  
 Saturni quippiam. In huius corpore stellæ Mercuriales & Ioui-  
 ales sunt. Quæ sunt in cauda & filo australi cum naturam referant  
 ♄ accedunt sensim tamen & ad ♄. Quæ sunt in corpore & spi-  
 na piscis septentrionalis, Martiæ sunt, ualent tamen & Veneriū  
 quiddam. Quæ in filo septentrionali Saturniæ sunt & Iouiales.  
 Illa in nodo splendida Martiæ naturam & ♄ quæ nonnihil habet.  
 Reliquarum effigierum in regione septentrionis sunt stellæ in  
 Virga minore lucidæ natura Saturniæ non tamen nihil Veneriæ  
 quoque referentes. Stellæ uero Virgæ maioris Martiæ sunt. Sub hu-  
 ius cauda quasi crines, Lunares sunt & Veneriæ. Draconis splē-  
 dida stellæ Saturniæ sunt & Martiæ atque etiam Iouiales. Stellæ  
 Cephei Saturniæ sunt & Iouiales, Bootæ, Mercuriales et Satur-  
 niæ. Rutilus ille fulgor qui Arcturus nominatur, Martius est &  
 Iouialis. Stellæ coronæ septentrionalis Veneriæ sunt & Mer-  
 curiales. Quæ in signo quod in genua uidetur procubuisse, Mer-  
 curiales. In lyra Veneriæ & Mercuriales. Quibus idem ualent  
 alitis quoque stellæ, Cassiopiæ. Saturniæ sunt & Veneriæ. Persei,  
 Iouiales & Saturniæ. Girus ille in capulo ensis, Martius & Mer-  
 curialis. Aurigæ stellæ splendide Martiæ sunt & Mercuriales.  
 Serpentarij, Saturniæ, quæque Veneris aliquid habeant. Ipse qui  
 dem Serpens Saturnius & Martius est. Sagittæ stellæ Martiæ re-  
 ferunt habent & ♄ quiddam. Aquila Martia est & Iouialis. Del-  
 phin, Saturnius & Martius. Stellæ lucidæ equi, uires habent ♂  
 & ♄. Andromeda Veneria. Delta Mercuriale est. In regione au-  
 strali, Est in rostro piscis australis stella lucida, potestate Vene-  
 ria

ria et Martia. Cæti stellæ sunt Saturniæ. Orion in humeris stellas habet ♂ & ♀ naturæ. Reliquæ splendidæ Iouiales sunt & Saturniæ. Extrema splendida illa fluminis stella ♃, reliquæ ♄ referunt. Leporis stellæ Saturniæ & Mercuriales sunt. Canis, Veneriæ. Vna in rostro fulgida ♃ & aliquantum ♂ naturâ habet. Hydri lucidæ, Saturniæ & Veneriæ sunt. Crateris, ♀ vires decem ♀ aliquid habent. Corui Martiæ & Saturniæ sunt. Argo navis lucidas stellas habet Saturnias & Iouiales. Centauri humana figura stellas complectitur Venerias & Mercuriales. Equina habet splendidas Venerias & Iouiales. Quæ in fera sunt splendidæ ♄ referunt & nonnihil ♂. Quæ vero in ara ♀ & aliquantum ♄. Corona australis stellas habet splendidas natura Saturnias & Mercuriales.

¶ De anni temporibus & quatuor angulorum natura.

**A** Tæp hæ sunt vires singularum stellarum ut à veteribus obseruatae fuere. Exquiri autem & anni temporum quatuor natura debet, quæ nominamus. Ver, Aestatem, Hiemem, Autumnum. Ac Ver quidem humiditatis plurimum habet, cum soluto frigore aura calore diffunditur. At Aestas calidior est, propterea quod tum Sol proxime uerticalem nobis punctum fertur. Autumni uero propria siccitas est, humiditatem tum præterito æstu reprimente. Hiems autem tota est frigida, quod Sol tum longissime distet à uerticali nobis loco. Sed cum signiferi nullum sit initium, ex ipsius quidem ut circuli natura, prætulere tamen alijs principibus fecerunt Arietis locum tribuentes ut in animante primas, humido quo Ver excellit, atque ordine reliqua tempora annumerantes. Omnia enim animalia prima in ætate humido abundat, & mollia teneraque sunt, sicut illa tempestas sentit. Proxima uero ætas ut æstas feruet. Tertia, tanquam deflorescens & propior interitui, arida est autumnorumque assimilis. Ultima, in qua animantis est corruptio, ita ut hiems, prorsus est frigida. Ad hoc exemplum quatuor

tuor anguli horis, ex quibus nascuntur totas illas partes occupantes uenti, etiam distribuunt. Orientalis enim ariditatis plurimum habet, quod cum ibi Sol est, tum per noctem excitata humiditas desiccari incipiat. Hinc igitur uenti spirant aridi & desiccantes auras, qui ferè Subsolani uocantur. At plaga meridionalis & calidissima ipsa est, propter flammationes Solis in cæli medio, quod ut nostrarum terrarum situs est ad meridiem maxime declinat. Huius uenti nominantur communiter Noti, suntque calidi & rarifici. Cæterum locus occidentalis, quod ad illum cum Sol peruenit tum primum humiditas per diem exhausta diffundi incipiat & humectus ipse est, & qui inde exeunt uenti quos nominant Fauonios, teneri sunt & madidi. Verum Septentrio totus frigidus est, propterea quod pro situ nostræ terræ longissime absit à calore cursus Solis per cæli medium, quicquid inde spirant uenti communi appellatione dicti Aquilones frigidi sunt & congelatores. Vtilis est harum rerum noticia ad iudicia singularum commistionum. Patet enim quod de talibus constitutionibus, horarum, ætatum, angulorum, ipsa etiam stellarum efficientia uariet, quæ certe ut simplicior, ita et ualidior est peculiaribus aptisque in locis, ut in calidis calidificæ, & in humidis humidificæ. In alienis uero admistione diuersitatis debilitatur, ut in frigidis calidificæ, & aridis humidificæ, atque ita alia in alijs, pro ratione & consequentia commistionis.

¶ De signis tropicis æquinoctialibus & bicorporibus.

**H**is expositis annectere pergamus ipsorum etiam duodecim locorum traditas naturales proprietates. Ac ipsorum quidem generales constitutiones, rationem eandem habent cum suis temporibus, Colliguntur tamen quædam ipsorum proprietates à familiaritate ☉ ☽ & reliquarum stellarum, sicut postea dicetur, ubi prius vires duodecim locorum simplices & quas per se & quas erga sese inuicem habeant, explicauerimus. Primum discrimen solet fieri signorum, ut alia dicantur esse Tropica, alia

d aqu

æquinoctialia, Itemq; firma & bicorpora. Tropica sunt duo. Primum à solstitio æstiuo hoc est partes triginta  $\text{Ϟ}$ . Alterum à solstitio hiberno, id est partes  $\text{xxxi}$ . Atq; his nomen à re inditum est. Quoniam Sol, ubi hæc primum est ingressus, mox retro conuertitur, abiq; diuersam latitudinis uiam, in  $\text{Ϟ}$  quidem æstatis, in Capricorno uero hiemis autor. Sunt & æquinoctialia duo, unum quod est æquinoctij uerni  $\text{v}$ . Alterum quod autumnalis  $\text{u}$ , quibus & ipsis à re nomen est impositum. Cum enim primum ad ea Sol peruenerit, per totū orbem terrarū exæquantur diebus noctes. Ex reliquis octo signorum locis, quatuor firma uocantur; quatuor bicorpora. Firma quidem quæ tropica & æquinoctialia sequuntur  $\text{Ϟ}$   $\text{Ϟ}$   $\text{m}$   $\text{u}$ , q; per illorum peculiaria tempora ubi ad hæc Sol accessit multo uehementius sentiamus humores, calores, siccitatem & frigus. Non q; tum aeris status simplicior sit natura sua. Sed quia nos aliquantulum in illis temporibus uersati ipsa mora uires eorum magis experimur. Bicorpora sunt quæ post firma numerantur  $\text{ii}$   $\text{m}$   $\text{u}$   $\text{x}$ . Inter enim firma tropicaq; & æquinoctialia posita, & initio & fine communes naturas cum illis habent, quæ & antecedunt & sequuntur.

#### De signis masculinis & foemininis,

**P**raeterea sex loca signorum masculino sexui & diurnæ conditioni attribuere. Totidemq; foeminino & nocturnæ. Ordinis aut huius ratio consequentia & serie ipsa constat, ita ut uicinitas coniunctioq; est diei & noctis, maris & foeminæ, cumq; initium arieti tribuatur, ppter causas à nobis expositas, & maris principes dominicq; sint naturaliter, semper enim quod agit potētia prius est eo in qd agitur,  $\text{v}$  quidē locus atq; itē masculina signa esse accepimus & diurna. Vel ob hæc etiā causam q; p hæc circulus æquinoctij describit, q; primæ & maximæ rege omnium agitationis autor est. Ab his igitur serie singulatim seruata consequenter ordinis ratio ducitur, id est ut masculinis & diurnis continue foeminina nocturnaq; subijciantur. Nonnul-

lita

litamen masculina signa ab orientali loco qui horoscopus dicitur, ordientes disposuerunt. Sicut enim aliqui tropicorum locorum initia à Lunari circulo ducunt, q; celerrimæ & conuersiōes sint, ita & illi principium tribuere masculinis locis oriētem propter subsolanum. Horum etiam alij seriem consequentiamq; singulatim ut diximus secuti sunt. Alij totius circuli in quadrantes diuisionem. Loca quidem ab horoscopo usq; ad  $\text{m}$   $\text{c}$ , hisq; opposita, ab occidua plaga usq; ad  $\text{i}$   $\text{m}$ , matutina & masculina nominantes, uespertina uero & foeminina quæ sunt in reliquis binis quadrantibus. Sunt & aliæ appellationes locis factæ, de formis signorum, ut aut quadrupedia dicerentur, aut terrestria, aut ducalia, aut foecunda, aut aliquid huiusmodi. Quorum omnium cum ex ipsis figuris causæ manifestæ sint, nos illa uerbose persequi seruacaneum duximus. Cum quidem expositæ à nobis sint huiusmodi imaginum naturæ, quatenus in iudicijs utiliter uires illorum considerari deberent.

#### De configuratione duodecim locorum.

**F**amiliaritas autē intercedit locis zodiaci secum, primū his quæ cum alijs aliquam figurarum describunt, quæ sunt Diametrens, id est Anguli bini recti, Signa autem sex, partes Centū  $\text{lx}$   $\text{xx}$ . Triqtra hoc est, angulus rectus unus atq; insup triēs illi. Signa uero quatuor, partes  $\text{c}$   $\text{xx}$ , quadrata, hoc est unus rectus angulus, tria signa, partes  $\text{x}$   $\text{c}$ . Sexāgula, id est illæ reliquæ duæ partes anguli recti, signa duo, partes  $\text{lx}$ . Cur aut hæc tantummodo discrimina recepta fuerint, hinc cognitu facile erit. Atq; ipsius quidem diametri ratio per se patet, nam oppositio est in una linea recta. Cæterum si maximas duas portiones conuenientes, atq; item supra portiones accipiamus, Nempe rectangulorum duum ex diametro dimidium & trientem, quæ portiones sunt, sit ut dimidiatio tetragonum constituat, Triens uero sexangulum. Supra portionum autem si constituetur à rectangulo quadrato hemiolion, hoc est sesquiplum, et

d 2 epitri-

epitriton, hoc est sesquitercium, illud discernit quadratam à Sexangula, hoc triquetram figuram à quadrata, quarumquidem figurarum triquetra et sexangula conuenientes putantur, quia consimilia loca signorum complectuntur, hoc est omnia aut masculina aut foemina. Inconuenientes uero figuræ habentur quadrata & dimetiēs, quòd illæ per dissimilia loca constituantur.

¶ De imperantibus & obedientibus signis.

**D**icuntur etiam imperantia & obedientia loca, quæ æquali spacio distant seu ab uno siue ab utroque puncto æquinoctialium, eò quod æquali spacio temporis perorientur, eosdemque describant parallelos. Cæterum quæ in æstiuæ sphaeræ parte sunt imperantia, quæ in hiberna obedientia nominantur, quia Sol illic dies, hic uero noctes incipit producere;

¶ De intuentibus & eiusdem potentiae signis.

**P**raterea dicimus eiusdem potentiae esse eas partes quæ æquali spacio distant seu ab uno seu ab utroque puncto tropico, fit enim per illas partes Sole meante ut spacia dierum ac noctium itemque horarum sibi respondeant. Itaque & intueri sese mutuo illa signa dicunt, cum ob eas causas quas exposuimus, tunc utraque & ab ipsidem partibus horizonis & oriuntur & occidunt.

¶ Inconiuncta.

**E**A uero quæ nullam habent enumeratarum societatum ratio nem loca, inconiuncta & aliena nominamus. Quæ neque imperant, neque obediunt, neque se intuentur, neque idem possunt, atque insuper nullam quatuor illarum figurarum describunt, quas diximus esse dimetiētis, triquetram, quadratam, sexangulam, sed uel secunda uel sexta numerantur. Nam illa quasi à se mutuo detorqueantur, & cum bina sint, singulos angulos complectuntur.

Illæ

Illæ uero quæ sexta numerantur totum orbem in partes æquales secant, cum alia figuræ omnes in partes æquales illi diuidant.

¶ De Domibus.

**A**diunguntur etiam planetæ locis signiferi, propter domos, ut nominantur, & triangula & altitudines & fines & quicquid huiusmodi est. Domuum autem ratio naturalis hæc est. Quia ex duodecim signis duo proxime accedunt ad uerticalem nobis punctum, ideo calores & æstus generant, ea sunt ☉ & ♌, placuit attribuere illa duobus præcipuis & maximis, hoc est ipsis luminibus, Soli quidem ♌ propterea quod masculinum est signum, Lunæ uero ☉ quod foemininum esset. Atque ita factum est, ut conuenienter dimidium orbis à ♌ usque ad ♎ Solare uocaretur, dimidiumque ab ♎ usque ad ☉ Lunare, ut in utroque possent singula loca suis stellis assignari, quarum alia figuras cum Sole, alia cum Luna describerent, pro conuenientia orbium motus ipsarum & naturæ proprietate. Nam Saturno quod natura maxime frigidificus esset, quodque supremum & à luminibus remotissimum haberet orbem ob contrarietatem caloris, opposita signa attributa fuere ☉ & ♏, Capricornus & ♎. Quæ signa & ipsa sunt frigida & hiberna, & propter oppositionem malefica. At Ioui qui esset temperatæ naturæ & subiectus Saturni globo, data sunt proxima illis signa spiritu & foecunditate præstantia, ☽ & ♍, quæ cum luminum signis triquetram figuram describunt, quæ conueniens est beneficentiæ. Post quem Marti desiccatori, & subdito sphaeræ Iouiali, similiter proxima his ascripta sunt, quæ & ipsa similem haberent naturam, ♁ & ♃ quadrata dispositione ut congruebat illius corruptiui & noxiæ constitutioni. Veneri uero quod natura esset temperata & sub Marte, dedere coniuncta his signa quod foecundissima essent ♀ & ♄. In quibus & ipsis situs sexangularis custoditur, Neque ipsa etiam hæc stella amplius duobus signis unquam neque anteit neque sequitur. ☿ Mercurio qui & ultimus neque unquam ultra unum signum abesset à ☉ omnibus aliarum

d 3 stella

stellarum infimo in loco, data fuere proxima signa luminum signis,  $\Pi$  &  $\mu$ , quibus & ipsis ambobus ferè in primis vicinis ferretur.

### De Triangulis.

**T**riangulorum cõciliatio talis est. Nulla sanè figura magis consentiēs est quæ triquetra æqualium laterum, ipseque signis fer tribus circulis definitur, æquinoctiali & duobus tropicis, ipsius uero duodecim loci diuiduntur in triangula æqualium laterum quattuor. Horum igitur primū ducitur per  $\nu$   $\delta$  &  $\rightarrow$  tria signa masculina, quæ sunt  $\odot$   $\sigma$  &  $\uparrow$  domicilia. Hoc triangulū ascriptum est  $\odot$  &  $\uparrow$ . Mars enim propter alienam conditionē exclusus fuit. In administratione aut primas tulit interdiū  $\odot$ , nocte  $\uparrow$ . locus autem  $\nu$  æquinoctialis est, Leonis æstiuālis, Sagittarij hibernus. Idem triangulum potissimū aquilonare est ob  $\uparrow$  dominium, quippe qui sit fecunditatis et spiritū autor, sicut et aquilonares uenti. Sed admiscetur tamen huic & Africus, propter  $\sigma$  domum, ita ut fiat triangulū, ut Græci uocant, Borrolybicum, quod misturam Aquilonis & Africi significat. Nam Africos  $\sigma$  excitat, qui conditionem Lunarem sequitur, cum & occidua cæli plaga effœminata habeatur. Secundum triangulū ductum per  $\nu$   $\mu$  &  $\rho$ , quodque constat signis tribus fœmininis Lunæ & Veneri datur. Ipse  $\nu$  uicinior æstiuo circulo est,  $\mu$  æquinoctiali,  $\rho$  hiberno. Hoc triangulum potissimū australe est propter Veneris dominationem, cuius stella illius partis uentos suscitāt, propter calidi & humidū uim. Quia uero & subsolanū admittit propter  $\uparrow$  domicilium  $\rho$  qui hunc uentū ciet, quicque orientem propter conditionem Solarem tenet, sit hoc tanquæ priori oppositum, ut ita dicam, Austrisolanum. Triangulū tertium  $\Pi$   $\rightarrow$   $\rightarrow$  complectitur signa tria masculina. Alienum prorsus à  $\sigma$ , proprium uero  $\uparrow$  &  $\rho$  propter duas illorum domos. Quare his præmissa administratio est diurna quidē  $\uparrow$  cõditionis causa, nocturna uero  $\rho$ . Ipsum quidē signū  $\Pi$  uicinū  $\rightarrow$  circulo æstiuo,  $\rightarrow$  æquino-

æquinoctiali,  $\rightarrow$  hiberno. Hoc triangulū potissimū est subsolanū propter  $\uparrow$ . Sed quia cõditionis nomine  $\uparrow$  conciliatur Saturno admiscetur uentus Iouialis Aquilo, ut fiat triangulum, græca uoce Borrapelioticum, quod significat confusionem Solani cū Aquilone. Quartum per  $\rho$   $\mu$  &  $\kappa$  relinquit Marti qui solus restet, quicque ius sibi huius uendicet, propter domiciliū suum. Adiuuētæ tamen huic sunt sociæ administratiōis, cum propter cõditionē, tū propter signa fœminina, nocte quidē Luna, interdiū uero  $\rho$ . Ipse  $\rho$  in æstiuo est circulo,  $\mu$  accedit ad hibernū, pisces ad æquinoctiale. Hoc triangulum potissimum est Africum, propter dominiū  $\sigma$  &  $\rho$ . Sed propter  $\rho$  commistione Austri sit Notoliby-cum, id est Austriafricum.

### De altitudinibus.

**A**ltitudinum planetarum, ut uocant, ratio hæc est. Cū Sol ubi ad  $\nu$  peruenit in semicirculum aquilonarem cõscendere incipiat, ubi uero ad  $\rightarrow$  deici & deferri ad Austrum, nō inconuenienter ipsi tribuere in  $\nu$  altitudinem, cum etiā dies tum crescant, & calor uiuificus exoriatur. Eidem  $\rightarrow$  ut deiectione cõstituta est propter contrarias causas. Saturno ut  $\odot$  opponeretur, sicut & illius domicilium, uoluerit oppositum signum  $\rightarrow$  altitudinem,  $\nu$  deiectionem esse. Nam ubi calor intenditur, sibi remitti frigus necesse est, contraque ubi hoc augetur, illud diminitur. Cæterum cum  $\rho$  à congressu cum Sole in  $\nu$  primum appareat luceque angecat & quasi extollatur in  $\nu$  trianguli sui principe signo, ideo  $\nu$  illius altitudo perhibetur, eidemque oppositum signum  $\mu$  deiectione. Iouis autem uis cum pateat in suscitatione aquilonarium & fœtificorum flaminum, extollitur à  $\rightarrow$  in Aquilonem maxime intendunturque ac complentur illius uires, ideoque hoc signū ipsius altitudo dicitur, deiectione uero  $\rho$ . At Mars cui natura est æstuosus multoque quæ alibi in  $\rho$  magis, quod ibi terræ sit proximus, Eam ob rem merito accepit altitudinem signum Iouiali altitudini oppositum  $\rho$ . Deiectionem aut  $\rho$ . Sequitur stella

Stella Veneris, quæ cum humidi maxime efficiens sit, eumq; potissimum in piscibus effectum exerceat, unde humiditas uernalis moueri cernit, in illo loco inuenit altitudinem, deiectionem uero in ♄. Iam ♀ aridiuscula stella ut contrariæ efficientiæ contrariam etiam altitudinem in ♄ cum impendet iam autumnus siccitas, ipsaq; quasi extollitur, deiectionem uero in X sortita est.

¶ De finibus.

Finium ratio duplex est. Vna Aegyptia caquæ principatus modo domiciliorum obseruat. Altera Chaldaica, accõmodo data ad triangulorum administrationes. Ac Aegyptiaca quidem quomodo uulgo tenetur, nõ admodum seruat neq; ordinis neq; numerorum consequentiam. Primum q; in ordinatione finium nunc priores dat domiciliorum, nunc triangulorum dominis, non etiam nunq; altitudinum, ut, exempli causa, quæri possit, Si domiciliorum dominos respiciant, cur, si forte de ♄ sermo sit, primas illi tribuerint in iugo, ac non ♀ potius. Itemq; in ♄ cur ♀ potius q; ♂. Quod si triangulorum dominos spectent, cur principem locum assignent in ♄ Mercurio, ac non ♀ potius, iam si placeat altitudinum principatus, cur ducit agmen in ♄ Mars, ac nõ potius ♄? Iam si hæc aggregent singulis, quicq; horum obtinuerint plurima illi præstantiam concedant, quæramus licet cur præcedat reliquis in ♄ Mercurius, cui in illo loco præterq; trianguli ius nullum est, cum ♄ teneat & domicilij & trianguli. Quin etiam ♀ cur in ♄ primū in ordinem statuerint, q; plane ab illo sit alieno. Huiusmodi incõuenientiam in reliqua serie passim animaduertere, deinde numerum etiam finium incongruum esse manifestum est. Nam quod aiunt singularum stellarum ex terminis collectum numerum eundem esse quem eadem attribuat in annis, rationem propriam aut probabilem habere non uidetur. Quin etiam, si tali collectioi quod ad annorum attributionem attinet credamus, quia hoc ab Aegyptijs assueueratur, fieri tamen potest ut idem cõficiatur etiam si aliter & diuersis modis terminorum nume

numerus p̄ singula signa exquirat. Quod aut aliq; sapere, & probare uolunt hanc rationem, cõtra ueritatem manifesto nituntur, Nam plane falsum est quod aiunt, illū numerum singularum stellarum temporalem effici secundum ascensionum rationes. Primum em sequunt uulgares traditiones de planis ascensionum eminentijs, quæ ne minima quidem ex parte ad ueritatem accedunt. Nam secundū illas in parallelo inferioris Aegypti, uolunt exoriri signū ♄ & ♄ temporibus 38. & triente Leonis uero & ♄ temp. 35. Cum demonstratur per lineas q; hæc plus temporis in exortu cõsumant, illa uero hoc est, ♄ & ♄ minus. Præterea qui hæc conquisuerunt ne secutos quidem apparet numerum finium ab alijs traditum, quicq; multa necessario cõmentis, atq; alicubi ipsarum portionum portionibus usi fuerint, quo constaret ipsis qd proposuissent, tamē ne sic quidem ad ueritatis metam puenisse cognoscuntur. Quæ aut ferè traditur ab illis ratio finium, p̄pterea q; ut diximus, plurimum huic fides tribui solet, ad subiectum se modum habet.

¶ Fines Aegyptiorum.

♄	4	6	♀	6	♄	8	♂	5	♄	5
♃	♀	8	♄	6	♄	8	♄	5	♂	3
♂	♀	6	♄	6	♀	5	♂	7	♄	6
♁	♂	7	♀	6	♀	6	♄	7	♄	4
♂	♄	6	♀	5	♄	7	♀	6	♂	6
♄	♀	7	♀	10	♄	4	♂	7	♄	2
♂	♄	6	♀	8	♄	7	♀	7	♂	2
♁	♂	7	♀	4	♀	8	♄	5	♄	6
♄	♄	12	♀	5	♀	4	♄	5	♂	4
♂	♀	7	♄	7	♀	7	♄	4	♂	5
♂	♀	7	♀	6	♄	7	♂	5	♄	5
X	♀	12	♄	4	♀	3	♂	9	♄	2

e Iuxta

**R**atio Chaldaica simplicior quidem est magisque persuasibilis, sed non perinde absoluta, cum ipsa in serie quam ad triangulorum dominationes refert, tum numero quoque finium. Haec etiam absque praescriptione perspicere facile poterit. Nam in primo triangulo  $\gamma$   $\delta$   $\epsilon$   $\zeta$ , similiter per signa definiunt terminos, sicut primum locum teneat dominus  $\Delta$  id est  $\gamma$ . Secundum sequentis  $\Delta$ , praeses ea est  $\eta$ . Ponantur tertij dominatores consequenter,  $\theta$  erit  $\eta$  &  $\xi$  & ultimo  $\sigma$ , dominator postremi trianguli. In secundo  $\Delta$  ubi similis per signa distributione seruant, primus locus est  $\eta$ . Secundus & tertius  $\theta$  &  $\xi$ . Quartus  $\sigma$ . Quintus  $\gamma$ . Ad hunc modum ferè sese habet etiam in reliquis duobus triangulis finium terminatio. Caeterum ubi sunt minus duo dominatores  $\theta$  inquam &  $\xi$  principatum ordinis sui tenebit interdum  $\theta$ , noctu  $\xi$ . Jam numerus finium ne ipse quidem inuolutus est. Ut enim quaeque stella altera ordine praecedat, ita una parte uoluerunt excellere. Sic fit ut prima semper habeat partem 8. Secunda 7. Tertia 6. Quarta 5. Quinta 4. quibus numeris triginta conflunt. Ex hac distributione colliguntur  $\theta$  partes diurnae 78. nocturnae 66. Iouis 72. Martis 69. Veneris 75.  $\xi$  diurnae 66. nocturnae 78. quae omnes partes sunt 360. Ex his duabus rationibus finium dignior est cui accedatur Aegyptiaca, propterea quod pro utili ab Aegyptijs scriptoribus illa est tradita, & quod penitus congruant partes in illa finium cum exemplaribus genituris, quas Aegyptij collectas habent. Verum cum scriptores nusquam ipsorum neque serie neque singulatim numerum declarauerint, suspitioni fuerit atque etiam reprehensionem ista incertitudo obnoxia. Sed ad nostras manus peruenit liber peruetustus multis iam in locis aetate consumptus, in quo contineret naturalis & conueniens ratio ordinis & numeri illorum, concordabatque & in expositis genituris partium descriptio, & totius numeri comprehensio cum ueterum traditione. Caeterum oratio erat expositionis eius uerbosa tum multa superuacua argumenta complexa. Ipse uero liber mutilatus, ut aegre a nobis generaliter dictorum sententia perciperet, etiam non parum adiua-

adiuaret ipsorum finium praesensio, quae in fine libri integrior remanserat. Sed tota ratio exquisitionis illorum ita se habet, nam in ordine signorum assumunt altitudines, triangula & domus, quae si quae stella duorum composita fuerit in eodem signo, illa principem locum tenet, quibus malefica fuerit, quod si hoc non usu uenerit, maleficae semper in loca ultima collocantur. Sed altitudinem domus praeposunt dominis triangulorum, atque hi domiciliorum dominis consequuntur quod de secundum signorum serie, ita etiam ut duplicis administrationis stella antecedit semper habentem simplicem. Caeterum tamen et  $\delta$  domicilia  $\theta$  &  $\zeta$  attribuunt maleficis, nam finibus luminaria non includunt, maleficae autem in illis potentiores inueniuntur, & quod  $\delta$   $\sigma$ ,  $\delta$  aut  $\theta$  habet, atque his conueniens ordo conseruat. Sed numerus sic exigitur. Si non inueniat stella dominatrix duplici modo, uel in eodem signo uel in sequentibus duobus, tum dari solet beneficis, hoc est  $\gamma$  &  $\eta$  singulati septem partes, Sed maleficis, id est  $\theta$  &  $\sigma$  quinque.  $\xi$  autem communis est, senae, quibus numerus 30. partium explet. Sed hoc est accipiendum de his quae non nisi simplici modo dominentur. Verum cum aliqua duplicem rationem habeant, nam  $\eta$  sola est domina trianguli  $\delta$  &  $\zeta$  cum  $\zeta$  finibus non claudat. His igitur singulatim una pars adiicitur, siue hanc rationem in eodem signo, siue in proximis duobus, hoc est uno quadrante habuerit, atque talibus adiectis partibus animaduerti in memorata praesensio fuisse praesensula supposita, sed adiecticiae duplici huic rationi partes auferuntur a reliquis et solitarijs praesensibus quod de  $\theta$ , sed tamen a  $\gamma$  quoque propter tarditatem motus. Horum autem et ipsorum finium descriptionem insequentibus expositam subiecimus.

$\gamma$	4	6	$\eta$	8	$\xi$	7	$\sigma$	5	$\theta$	4
$\delta$	$\eta$	8	$\xi$	7	$\gamma$	7	$\theta$	4	$\sigma$	4
$\epsilon$	$\xi$	7	$\gamma$	7	$\eta$	7	$\theta$	4	$\sigma$	5
$\zeta$	$\sigma$	6	$\theta$	7	$\xi$	7	$\eta$	7	$\theta$	3
$\eta$	$\theta$	6	$\xi$	7	$\eta$	6	$\gamma$	6	$\sigma$	5
$\theta$	$\xi$	7	$\eta$	6	$\gamma$	5	$\theta$	6	$\sigma$	6
$\iota$	$\sigma$	6	$\theta$	5	$\gamma$	8	$\xi$	5	$\sigma$	6
$\kappa$	$\sigma$	6	$\gamma$	8	$\eta$	7	$\xi$	6	$\theta$	3
$\lambda$	$\gamma$	8	$\eta$	6	$\xi$	5	$\theta$	6	$\sigma$	5
$\mu$	$\eta$	6	$\xi$	6	$\gamma$	7	$\theta$	6	$\theta$	5
$\nu$	$\theta$	6	$\xi$	6	$\eta$	8	$\gamma$	5	$\sigma$	5
$\xi$	$\sigma$	8	$\gamma$	6	$\xi$	6	$\eta$	6	$\theta$	4



Nec defuere qui partiretur etiam subtilius dominationū iura, nominarentque loca & partes, illa quidem uolentes accipi duodecimam uniuscuiusque signi portionem, id est partem 11. & dimidiam. Incipiunt autē attribuere ius sequentibus semper signis ab eo in quo stella fuerit inuenta, sed nō hac una uerum alijs quoque ratione carentibus modis. Partes autē ascribunt iterum à principio signorum omnibus singulatim stellis ordine exposito in Chaldaicorum finium demonstratiōe. Sed hæc ut disputabilia & naturali ratione carentia, magisque ostentationi comparata prætermittamus. Hoc monentes quod scitu dignum est, Signorum uel locorum duodecim initia sumēda ab æquinoctialibus & tropicis, quod & ipsum à scriptoribus ostenditur, & quod ut exposuimus illorum naturæ uires societates, de æquinoctialibus & tropicis Solis initijs existunt. Quod si alia initia constituerimus aut signa ab usu iudiciorum necessario excludemus, aut assumētes multum frustrabimur, quippe cum præterita & mutata fuerint spacia signiferi, à quibus illis uires inferuntur.

¶ De sua cuiusque stellæ persona, & carpentis ac solijs.

**A**Tque hoc ferè modo sese habent familiaritates stellarum locorumque duodecim. Dicuntur autem stellæ & suas quasi personas gerere, quod uidere facie ad faciem uulgus uocat, cum singula eo modo cum ☉ aut etiam ☾ configurantur, quo domicilia ipsorum cum domicilijs luminum, ut uerbi causa, ☿ in sexangula configuratione cum luminibus, Sed cum ☉ uespertina, cum ☾ matutina esse debet, pro eo atque etiam domicilia collocata sunt. Suis autē quasi in regijs curribus & carpentis inuehi, & solijs insidere, & in huiusmodi excellentijs tum esse dicuntur, cum duobus aut pluribus nominibus declarati in superioribus familiaritatis ius exercuerint in ijs locis stellæ quibus insiterint, Nam quia tunc ipsorum maximæ efficaces uires sunt, propter euenientiam & similitudinem & quasi collocatam operā duodecim locorum, ideo solijs suis insidere & illustres dicuntur. Gaudere

dere etiam uolunt, cum loca in quibus stella fuerit non ipsi sed alteri suæ conditionis obnoxia sunt, quæ quidem satis è longo congruitatis ratio ducitur, sed similitudo illam tamē efficere putatur. Contra autem si in locis alienis & contrarijs conditioni suæ inueniatur, ualde diluitur peculiaris ipsarum uis, diuersarum naturarum confusione, propter dissimiles signorum constitutiones.


¶ De applicationibus & defluxibus.

**I**n uniuersum autē intelligimus applicari præcedentes sequentibus, defluere autē à præcedentibus sequētes, sed nō oportet longum esse interuallū. Idemque intelligit & in corporeis congressibus & in configurationibus illarum. Nisi quæ in corporeis congressibus applicationis & defluxus etiā latitudines conuenit notari, nam nō nisi eos qui in linea per media signa ducta existūt admittere consueuimus, quod in configurationibus obseruare superuacuum fuerit, cum radij uniuersi eodem, id est in terræ punctū intimum tendāt atque ita undecumque emissi semper concurrant. Ex quibus omnibus euidentis sit habitudines stellæ singulæ exquendas cum ex propria natura earum, tum de natura signi in quo fuerint, nec non secundum configurationem ad ☉ & cardines, quæ cuncta à nobis indicata sunt. Sed uires assument primū si orientales sint & cursum suum intendunt, tum enim plurimū possunt, sicut minimum si occidentales sint & remittentes cursum suum. Deinde pro positu suo & respectu erga finitorem, Nam in medio cælo aut succedenti illi loco potentes maxime, sed potentes etiam sunt in ipso finitore & succedenti loco, plurimū autē possunt in finitore orientali, contra uero minus in imo cælo aut alio conformi finitori orientali loco. Sed extra hæc omnia reperti imbecilles & prorsus infirmi habentur.

Finis libri primi.

## LIBER SECVN-

DVS.



Actenus quidem percurramus ea quorū maxime cognitionem prædictiones rerum singularium requiriturā uiderētur, exponētes per certa quedam capita quasi in tabella. Nunc igitur deinceps explicabimus rationem unicusuiusque rei cuius quidem præcognitio esse possit, sequentes ubique naturalē quendam modum expositionis. Cum autē prædictiones astronomicae in duas potissimum & propriae partes diuidantur, quarum una & prior totas gentes, regiones, urbes generaliter, quam nominant uniuersalem, Altera particularis, singulorū hominum fata complectatur, quæ dicitur à genituris Genethliologica, Conueniens uel datur de uniuersalibus priore loco disputare, quando hæc quidem maiore uel quadam & efficacioribus à causis mouentur quæ particularia. Iam cum necesse sit summitti imbecilliores naturas ualentioribus atque adeo particularia uniuersalibus. Si quis singularium rerū prædictionibus operam dare uelit, nō possit sine comprehensione generaliorum esse ad illas instructus. Cæterū hæc ipsa uniuersalis consideratio, aut est totarum regionum aut harum & urbium. Præterea interdum grauiores & certarum quasi recursionum casus exquiri solēt, Quales sunt bellorum, pestilentia, diluuij & huiusmodi. Interdū leuiore & minores, ut annuæ tempestatu intensio uel remissio, itemque hiems aspera uel leuis, deque uentis & æstu similiter, nec non fertilitate & infœcunditate, quæque sunt alia generis huius. Horum potius priusque habendum ob eam quam reddidimus causam, illud quod totarū est regionū & maiorum casuū. Horum cognitio cum duo requirat, primum quarum inclinationum terrestriū quæque loca signifi-  
 locis

locis certis temporibus significationes futuroꝝ dentur, in coitu quidē luminum defectus errantium uero in stellarū motibus, ortus & statio, ante omnia huius quasi cōsensionis naturales causas exquiramus, obiter etiam percurrentes gentium ipsarū proprietates corporis ac morū, qui quidem cognoscantur nequaquam discrepare à naturali constitutiōe cum stellarum dominantium tum locorū zodiaci quibus subsint.

## De proprietate uniuersali gentium,

Solent igitur gentiles proprietates distingui aut per totos parallelos & totos angulos, aut per situm erga eclipticā & Solem ipsarū. Nam nostræ terræ quæ iacet in uno aquilonari quadrante, incolæ qui subiecti sunt australioribus parallelis, id est ijs qui describuntur ab æquinoctiali usque ad tropicū æstiuū, cum supra uerticem illorū feratur Sol, quasi ustilatis nigrisque corporibus uidentur & capillo esse crispo & denso, facie etiam contracta & statura contorta, natura ferè calidi, moribusque feris propter magnitudinem æstus in locis suis, quos Aethiopas uocare consueuimus, qui & ipsi ad expositum modum se habent. Et aeris ibi talis constitutio est, oēsque animantes ac quæ nascuntur è terra cum his congruere reperiuntur. At qui subsunt aquilonariis parallelis, hoc est sub septentrionibus posita loca incolunt, cum eorū punctus uerticis à signifero & Solis calore longe absit, ideo etiam frigore & humiditate abundant. In qua cum alimenti copia insit, non exhauritur ipsa à uicino calore. Ibi sunt igitur colore albo homines capillo promisso, statura pceri & bene habiti, natura suggelidi, sed & ipsi moribus feris propter frigoris illis in locis uim. Et conueniens cum his accidit hiemis magnitudo, & è terra nascentium granditas, & animantium feruitia. Hos uocamus generaliter Scythas. Qui autē loca tenent interiecta inter tropicū æstiuū & Septentriones, quia neque supra uerticem illorū Sol fertur, neque inde longissime ad austrū recedit, in aere degunt ualde illo quidē temperato & singulariter, sed frigoris æstusque  
 disse

differētiā admodum parū notantur, quāpropt̄ & medio quo-  
dam colore & mediocri statura & natura temperata sunt, habi-  
tationibus coniuncti & moribus mansuetis. Horum etiam pro-  
piores austro ingeniosiores & calidiores & rerum diuinaḡ peri-  
ti magis esse consuevere, q̄ punctus ipsorū uerticalis propinqui-  
or sit cum signifero tum errantibus sub illo stellis, pro quarum  
quasi familiaritate & ipsi animos habent promptos & faciles in  
comprehensione ac uestigatiōe rerum ac artium, maximeq̄ ea-  
rum quæ proprie Mathemata uocantur, præterea orientales ho-  
rum uiriliores sunt, & animis firmis nihilq̄ celantes. Orientem  
enim iure Solaris naturæ esse dixerimus, proinde & pars illa dia-  
urna & uirilis & dextra putanda. Cernimus autem in animanti-  
bus quoq̄ dextra esse magis ualida & robusta, contra occiden-  
tales effœminatioris sunt & molliores & occultatores. Nam hæc  
pars Lunæ debetur, quæ ab occidēte semper post interlunā con-  
spiciendam se præbet, atq̄ ob hanc causam & nocturna & sinis-  
tra, ut opposita orienti traditur.

¶ De familiaritate locorum & triangulorū & stellarum.

**I**am uero sequuntur hæc etiam de duodecim signiferi locis cer-  
ti modi proprietates morum & naturalium institutorum. Ut  
enim in prædictis constitutionibus aeris & his quos generaliter  
calidos, frigidos, temperatos esse perhibuimus, certorū quædam  
sunt proprietates locorum ac regionum, ubi illa generalia intē-  
duntur remittuntur, uel ob positus sui naturā, uel altitudinem  
uel humilitatem, uel propter etiam uiciniam. Itemq̄ cum alij  
equestres sint propter campestria suæ patriæ loca, alij navigato-  
res ob uiciniam maris, necnon mitiores alij ob solibonita-  
tem. Ita & certi modi naturas animaduertere in his est, de natu-  
rali familiaritate stellarum iuxta duodecim loca signiferi parti-  
culariter & ipsa sumpta, non singulatim sed generaliter. Necessē  
igitur fuerit hæc quatenus particularibus considerationibus sa-  
mulantur, nunc deinceps exequi. Cum ergo in signifero quatuor  
trique

triquetræ configurationes animaduerti soleant, ostensum est in  
superioribus à nobis unum triangulū, nempe  $\nu$  &  $\Omega$  &  $\rightarrow$  esse  
Borolybicum, quod nomen significat Aquilonis & Africi con-  
fessionem. Hoc gubernatur primum quidem à  $\psi$  propter Aquil-  
onem, deinde à sociō etiam propter Africum. Triangulum autē  
 $\gamma$  &  $\rho$  &  $\pi$  Australianum est, habetq̄ principem dominatri-  
cem  $\zeta$  propter australitatem, socium uero  $\theta$  propter matutini-  
tatem. At  $\pi$  &  $\alpha$  &  $\omega$  triangulum cōmissionis Aquilonis &  
Subsolani est, cuius dominatio præcipua est  $\theta$  propter matuti-  
nitatem, sociumq̄ admittit  $\psi$  ab Aquilone. Triangulum  $\sigma$  &  
 $\omega$  &  $\chi$  Notolybicum id est Austri est & Africi, primumq̄ regi-  
tur à  $\sigma$  propter Africum, deinde & à sociā  $\zeta$  propter Australi-  
tatem. Quæ cum ita se habeant, et cum nostra terra distribuatur  
in quadrantes æquales numero triangulis quatuor, per latitu-  
dinem quidem à mari nostro ex Herculano freto usq̄ ad sinū Indi-  
cū & ulterius uersus orientem montanū usq̄ dorsum, quibus sepa-  
rat pars Aquilonaris ab Australi. Per longitudinē autē, ex Ara-  
bico sinu per Aegeum pelagus & pontū ac paludes Mæotidas,  
quibus diuiditur pars orientalis & occidentalis, conficiuntur ita  
quadrantes numero positūq̄ congruentes cū triangulis, quorum  
unus totius terræ collocatus est secundum Aquilonis & Africi  
cōmissionem dictus Borolybicus, ad Celticam, habetq̄ com-  
mune nomen Europæ, illiq̄ oppositus item unus secundū com-  
missionem Austri & Subsolani, quem dicunt Notapelioten uen-  
tum, ad Aethiopiā orientalem, quæ pars Australis magnæ Asiæ  
recte dici poterit. Tertius est quadrans situs secundum Aquilo-  
nis & Subsolani cōmissionem, qui uentus uocatur Borrapelio-  
tes, ubi est totius terræ pars quam nominamus Scythiam, sitq̄  
planē Aquilonaris, magnæ Asiæ pars, huiusq̄ oppositus secun-  
dum Africi & Austri qui uentus uocatur Libonotus, cōmissio-  
nem ad occidentalem Aethiopiā, uocaturq̄ communiter Li-  
byæ. Præterea sciendum singulos quadrātes quā uergunt in me-  
diū totius terræ nostræ, sortiri diuersam naturam naturæ suæ  
quam in totius terræ diuisione obtinuerint. Nam quadrans Eu-  
f ropæ

ropæ quem diximus in diuisione totius terræ in Borrolybico loco, id est ad Caurū positum, In medio & qua angulus exit in oppositi quadrantis angulum ad Notapelioten, id est Vulturnum tendit, & in positū huius quadrantis deuoluitur. Quod ipsum & de alijs similiter accipi debet. Vnde apparet singulos quadrantes binis triangulis contrarijs conciliari, cum alia quidem loca prorsus in se incumbens triangulum sustineant, media aut illa etiam in contrarium incumbant. In hac conciliatione assumendi sunt & gubernatores singulorum triangulorum, atque rursus hi quidem soli alijs in locis, in medijs aut illis & cum his ♀ stella, quod media hæc quidem & cōmunis sit utriusque conditionis. Quibus ad hunc modum distributis primi quadrantis Europæ superiora loca quæ sita sunt in totius terræ diuisione inter Septentrionē & occasum, conciliantur Borrolybico, hoc est Caureo triangulo, quod est ♄ & ♃ & ♀, dominos habet conuenientes ♄ & ♃ uespertinos. In hoc totæ gentes hæc nominantur, Britannia, Gallia, bracata, Germania, Bastarnæ, Italia, Gallia togata, Apulia, Sicilia, Tyrreni, Celtica, Hispania. Atque in his gentibus consequenter hi mores animaduertuntur, ut sint ob principatum trianguli sui & dominatores illius impatientes regni & amantes libertatis, Armorum bellique studiosissimi, patientes laborum, præstantiæ mundiciæ, fortitudinis sectatores. Propter uespertinum autem habitum ♄ & ♃ propterque suum triangulum accidit his ut prioribus partibus uiriles sint, posterioribus effœminati, & mulierum amore non tangantur, cupidi masculæ Veneris & hac in parte æmulatores, neque hoc apud illos uitio datur ulli, neque molle ducitur, quod hoc ipso animi illoque non perturbentur & quasi laborarent, sed retineant nihil secius usum uirtutis, amicitia, fidei, curæ rei familiaris, beneficentiæ. Harum ipsarum regionum Britannia, Gallia bracata, Germania, Bastarnæ, proprie subsunt ♄ & stellæ Martis. Itaque harum incolæ sunt communiter feroces, puicaces, truces. At Italia, Apulia, Gallia togata, Sicilia, ♃ subiectæ & ☉, præstantiæ, benignitati, amicitia student. Tyrreni uero & Celtae Hispanique commendati cum ♃ Ioui libertatis, simplicitatis, mundiciæ sunt amatores. Reliqua loca huius quidem quadrantis sed uergentia in medium totius terræ, Thracia, Macedonia, Illyricum, Græcia, Achaia, itemque Crete & insulae Cyclades & maritima loca Asiae minoris ac Cyprus, decliua de quadrante suo ad Vulturnum, adiunguntur etiam triangulo hoc Vulturni quo comprehenditur ♄ ♃ ♀, et gubernatricibus stellis ♀ ac ♃ atque insuper etiam ♄. Quapropter horum locorum incolæ magis sunt & corporibus & animis compositi & temperati. Et ipsi sanè præstantiæ cupidi, fortes, regni osores propter ♄, musicæ autem & studiorum, libertatis cupidi, legum institutorumque suorum tenaces, populari imperio gaudentes, latores legum, quæ a ♄ habent. Certaminum & mundiciæ studiosi a ♄. Amicitia, hospitalitatis, iuris, literarum, eloquentiæ cultores, a ♄. Idem arcuorum sacrorum & initiorum institutores de ♄ uespertino habitu. Rursus ex his peculiariter pertinet ad ♄ & ♀ maritima minoris Asiae loca, Cyclades insulae ac Cyprus, ideoque ferme uoluptatibus, mundiciæ corporumque seruiunt. At Græci, Achaui, Cretenses, subditi ♃ & ♄ ingeniosiores & doctiores & animorum cultores euaserunt. Macedones autem, Thraces, Illyrii cum subiciantur ♄ ac ♃, in re quidem paranda non inertes, sed a mansuetudine morum & coniunctionibus alieni. Secundi quadrantis quæ pars est australis Magnæ Asiae, loca in quibus India, Ariana, Gedrosia, Parthia, Media, Persia, Babylō, Mesopotamia, Assyria, spectantia Vulturnum in totius terræ diuisione, conciliantur et ipsa merito triangulo Notapeliotico, id est sito inter ortū & meridiam ♄ ♃ ♀. Gubernanturque a ♄ & ♃ de orientali habitu. Quare & naturas illoque hominum cognoscere est huiusmodi dominationi conuenire, nam & Veneris numen adorant, uocantque Ilin & Saturni, itemque Solis quem Mitra nominant. Multi etiam horum futura præcipiunt, nec non & pudenda ab his partes consecrantur, quæ efficiunt ab habitu propositarum stellarum seminalium. Ipsi namque sunt flagrantes concubitu, reique Veneris appetentes. Saltationes his & tripudia compositisque cordi a ♄, delicatusque uictus a ♃, cum mulieribus propterea non in occulto consuecunt, propter

f 2 habi

habitus orientalem, sed masculam Venerem odere. Neque pauci ex matribus liberos suscipiunt, & pectore supplices gestus edunt propter matutinum ortum, & congruentiam cordis praestantiae cum vi Solari. Vestitus ferè ornatusque & corporis delicias efforminati à ♀, animis autem consiliisque excelsis, fortes, bellicosi, eoque cum habitu orientali congruat. Sed peculiariter sunt ♀ Venerisque magis Parthia, Media, Persia. Qua de re & harum regionum incolae florido uestitu utuntur, seque totos illo praeter pectora opperiant, deliciasque uictui ac mundicie dant operam. Virginis & ♀ est Babylon, Mesopotamia, Assyria, quibus ideo & eximia Mathematicae disciplinarum cognitio & observatio siderum corrigit. Saturno uero cedit propriae India, Arriana, Gedrosia, habentque eam ob rem cultores deformes, foedos, immanes, Media huius quadrantis loca in diuisione totius terrae, Idumaea, Coelosyria, Iudaea, Phoenice, Chaldaea, Orchinia, Arabia felix, recedunt à suo quadrante ad Caurum quae ponitur in septentrione & occasum, itaque & Borrolybico triangulo conciliantur quod est ♀ ♀ → cum dominis ♀ & ♂, quibus communis ♀ adiungitur unde sunt ad mercaturas faciendas alijs aptiores & callidiores, in formidine contemptores, insidiosus, animis seruilibus, omninoque instabiles pro stellarum praeposita figuracione. Est autem Coelosyria, Iudaea, Idumaea, magis ♀ & ♀ Martisque propria, ob eamque rem incolae habent ferè audaces, impios, insidiosos, Phoenices Chaldaei, Orchinij sub ♀ & ☉ sunt, quod simplices, humanos siderum obseruatores, inque primis Solis ueneratores reddit. Arabia felix subest → & ♀ unde extitit illa consentanea appellacioni feracitas & copia aromatum, & hominum dexteritas & liberalitas uitae, contractuum, negotiorum. Sequitur quadrantis tertij septentrionalis pars Magnae Asiae, cuius superiora loca continent Armeniam, Hircaniam, Mattianem, Bactra, Casperiam, Sericam Sauromatas. Oxianem, Sogdianem, quaeque alia in diuisione totius terrae spectant Aquilonem, qui est inter Septentrionem & orientem locus. Haec regiones igitur conciliantur Aquilonari triangulo ♀ → ♀. Gubernatores autem ♀ atque ♀ habitu orientali, Harum itaque

inco-

incolae Iouis & Saturni numina uenerantur, suntque ditissimi & auro abundantes, uictu mundo & consuetudine honesta, sapientes, magi, periti rerum dinarum, moribus ad liberalitatem & iustitiam compositis, animo magno, fortes, olores improbitatis, ita naturae quodam instinctu amantes suorum ut pro ipsis ne mortem quidem oppetere dubitent, respectu decoris ac pietatis. In usu rei Venerae moderati & puri, uestitu sumptuosi, benigni, animo sublimi, quod ferè ♀ ♀ ♀ stella orientali in habitu consistit. Caeterum ex his Hyrcani, Armeni, Mattiani proprie referuntur ad ♀ & ♀, itaque & sunt mobiliores ac subimprobi. Bactrianae gentes & Caspiae una cum Sericis ♀ parent & ♀, indeque diuitias congerunt, Musicae deliciasque indulgent. At Sauomatica, Oxiane, Sogdiane subiiciuntur ♀ & ♀, habentque homines immanes, tetricos, feros. Reliqua huius quadrantis & in medium totius terrae decidua loca, Bithynia, Phrygia, Colchis, Syria, Comagenae, Cappadocia, Lydia, Cilicia, Pamphylia descendunt à suo quadrante ad Africum qui est inter occasum & meridiem, inciduntque in Notolybicum triangulum ♀ ♀ ♀, dominante ♂ & ♀ cumque his ♀. Hinc illae gentes ferè numen Veneris adorant, multis uariisque suae linguae uocabulis ut Matrem deum celebrantes, ipsum Martem Adonim rursumque aliter appellant, hisque diuis cum questibus initia habent constituta. Sunt autem perimprobi & animis seruilibus, laboriosi, mali, impliciti expeditionibus mercenarijs, belligeracionibus, rapinis praedacionibus, ipsi mutuo sese subiugantes & uastationes sibi ipsis bellumque inferentes, quae omnia à ♂ & ♀ orientali concursu profiscuntur. Quoniam autem in ♀ triangulari signo ♀ altitudinem habet ♂ & in huiusmodi triangulari signo ♀ ipsa ♀ extollitur, fit ut illis in locis summa beneuolentia & caritate maritos suos foeminae complectantur, domique custodes sint & operum studiosae, famulatione, sedulitate, obedientia commendabiles. Ex his Phryges, Bithyni, Colchi pertinent magis ad ♀ & ♀. Quo fit ut uiri ferè leues sint morigerique mulieribus. Contra harum pleraque de ♀ orientali masculinitate, uiriles, imperiosae, bellatrices, ut Amazones perhibentur

f 3 tur

tur, fugientes tirorum, gaudentes armis, ad uirilitemq; foemi-  
 ninum sexum instruentes ab infantia dextrae mammae amputa-  
 tione, quo abiliores ad subeunda belli munia fiant. Has etiã par-  
 tes corporis nudare solent, ut in rebus gerendis muliebritatis  
 ois opinio amoueat. Qui uero Syriã tenent & Cõmagenem,  
 & Cappadociam subduntur  $\omega$  &  $\sigma$ , itaq; multum audent, im-  
 probi sunt, insidiosi, laboriosi. At Lydi, Cilices, Pamphilij cedūt  
 $\chi$  &  $\psi$ , suntq; in reparanda attentiores, Commercia & merca-  
 turas faciunt, liberales, faciles in contractibus. Restat quadrans  
 Libyes, ut appellant, in quo sunt Numidia, Carthago, Africa,  
 Phyzania, Nasamonitis, Garamates, Mauri, Gætulia, Metago-  
 nitis, Huius situs in diuisione totius terrae est ad Libonotum, id  
 est Africum inter occasum & meridiem, cõciliaturq; Notoliby  
 co triangulo  $\phi$   $\omega$   $\chi$ , regiturq; conuenienter à  $\sigma$  &  $\phi$  habitu  
 uespertino. Ex q; apd̄ illas gentes usu multũ uenit ut uir ac muli-  
 er, aut frater ac soror una matre geniti regnũ teneãt, sic qdẽ ut  
 uir uiris, mulier mulieribus praesit, & hoc in successiõib; seruet.  
 Calidi ibi sunt homines, pcliues in muliebrẽ Venerẽ, raptores  
 coniugum. Ibi multis in locis cũ nouis nuptis primi sunt regum  
 concubitus. Alicubi etiam est mulierum inter oēs communitas,  
 Mangonissantur aut̄ admodũ & muliebres mundos gestitant,  
 quod à Venere habent. Non deest tamen animoꝝ illis prompti-  
 tudo. Sunt nõnihil improbi, praestigia tores, pueri, temerarij,  
 obuĩj discriminibus, idẽq; à  $\sigma$ . Rursum ex his Numida, Cartha-  
 giniẽses, Afri debentur  $\phi$  &  $\tau$ , & hac de caussa à coniunctioni-  
 bus commercijsq; non alieni sunt, inq; oĩm rerum affluentia de-  
 gunt. Sed qui incolunt Metagonitida, Mauritiam, Getuliam  
 Scorpio obediunt &  $\sigma$ , immanes, bellicosi, carniuori, discrimi-  
 nibus obuĩj, neglectores uitæ, inq; sese mutuo inuadentes. Phiza-  
 ni, Nasamones, Garamates subiecti  $\chi$  &  $\psi$ , liberalibus sunt &  
 simplicibus moribus, opus faciūt, consilijs ualẽt, fordĩũ regniq;  
 fugiẽtes, propter Iouẽ, Ammonis ueneratores. Huius quadran-  
 tis media loca in totius terrae diuisione Cyrenaica, Aegyptus  
 Thebais, Marmarica, Oasis, Trogloditæ, Arabes, Afsania, Aethi-  
 opia

opia media, à suo quadrãte uersa ad aquilonẽ subeunt & sub Bor-  
 rapelioticum etiã triangulum & dños  $\eta$  ac  $\psi$  insuperq;  $\phi$ . Un-  
 de gentes hæ pro cõmuni stellarum istarum uespertino imperio  
 Deorum sunt reuerentes, superstitiosi, seruientes Dijs, eiulato-  
 res, mortuos suos occultantes terra & amouentes è conspectu,  
 propter uespertinum habitum. Instituti & ritibus uarijs, neq;  
 uno cultus numinum genere utuntur. Parent humiliter, cumq;  
 metu & abiectiõne ac patietia. Imperãt animose & magnifice.  
 Viri plures uxores, foeminae maritos habent. Connubia appe-  
 tunt, cumq; sororibus cõmifcentur. Viros in gignẽdo magna  
 efficacia, in concipiẽdo mulierum foecunditas, ut in regiõẽ ac-  
 cõmodata generationi. Multi ibi uiri putidi & animis muliebra-  
 bus reperiuntur. Aliqui et in partes genitales grassantur ppter  
 maleficã ac Veneris uespertinam figuratiõem. Ex his Cyre-  
 narum Marmaricæ inq; primis inferioris Aegypti incolæ ascri-  
 buntur proprie  $\eta$  &  $\phi$ , ideoq; sunt cogitantes, prudentes, intel-  
 ligentes rerũ oĩm sed maxime sapientiæ & diuinitatis, magi, ar-  
 canoꝝ inuicem institutores, in Mathematicis plane excellẽtes.  
 Qui Thebaida tenent Oasin, Troglodyticen  $\omega$  sunt ac  $\phi$ . Un-  
 de calida natura est illoꝝ & mobilis & in abundantia degunt.  
 Arabes, Azani, Medij, Aethiopes dantur  $\omega$  &  $\eta$ . Suntq; carni-  
 uori ac pisciuori & pastores. Agrestem & feris similem agunt uĩ-  
 tam. Ac conciliatiões quidem stellarũ signorumq; cum certis  
 gẽtibus cõmunesq; harum proprietates designatæ à nobis bre-  
 uiter ad hunc modum sese habent. Ad usus aut̄ facilitatem expo-  
 nemus deinceps nudam traditionem conciliatiõis singularum  
 gentium cum unoquoq; signo ex superioribus conuenienter du-  
 ctam. Hoc modo.

¶ Nuda expositio quæ gentes quibus sub signis  
 ponantur.

¶ habet Britannia, Galliam braccatã, Germaniam, Bastarnas,  
 Coelosyriam, Palestinam, Idumæam, Iudæam.

& Paræ



- ⋈ Parthiam, Mediam, Persida, Cyclades insulas, Insula Creta, Maritima loca Asiae minoris.
- ♄ Hyrcaniam, Armeniam, Mattianen, Cyrenas, Marmaricam, Inferiorem Aegyptum.
- ♁ Numidas, Carthaginienses, Afros, Bithyniam, Phrygiam, Colchida.
- ♃ Italiam, Galliam togatam, Siciliam, Apuliam, Phoenicem, Chaldaeos, Orchiniam.
- ♂ Mesopotamiam, Babylona, Assyriam, Graciam, Achaiam, Cretam.
- ♆ Bactra, Casperiam, Seras, Thebaida, Oasin, Troglodytas.
- ♁ Metagonitida, Mauros, Gaetulos, Syriam, Commagenem, Cappadocas.
- ♄ Tyrrhenos, Celtas, Hispaniam, Arabiam felicem.
- ♃ Indiam, Arrianen, Gedrosiam, Thraciam, Macedonas, Illyricum.
- ♁ Sauromatas, Oxianen, Sogdianen, Arabiam, Azaniam, Media Aethiopiae.
- ♁ Phazania, Nazamonitis, Garamantice, Lydia, Cilicia, Paphlaga.

¶ Particularium praedictionum ratio.

**H**is expositis conuenit & haec adiungi huic parti. Fixarum etiam stellae singulis aliquo in signo repertis, conciliari easdem regiones quas illud signum fortitum fuerit, quo cum ipse inducto per polum suum circulo, regiones eas aspiciant. Praeterea ea loca signiferi potissimum considerata de magnis urbibus quae metropolis dicuntur, per quae in harum extructionum principijs, ut in genitura hominis, ferri ☉ ac Lunam animaduersum, ubique ex cardinibus praecipue horoscopus fuit. Quarum autem tempora extructionum non conperiuntur, uidentium quo cadat M. C. in genitura principum ac regum, quae quoque tempore eorum potientur. His praecognitis consequens fuerit percurrere ratio

rationem praedictionum, primumque illas quae totas regiones urbesue complectuntur, cuius contemplationis modus erit talis. Non est prior neque poterior causa huiusmodi casuum, quam quae ducitur a defectiuis ☉ & ☽ copulationibus, & transitibus stellarum illarum tempore. Sed praedictionum huius partis, una est localis, quae continet praescientiam regionum ac urbium, quibus intenditur significatio particulariter defectuum luminarium, aut concurrentes stellarum menstruatiões, quae sunt ♄ ♃ ♁ cum stationarij sunt. Altera est temporalis, qua comprehenditur & significationum tempus & durationis magnitudo. Tertia generalis, in qua inest cognitio, quibus quicunque rerum generibus aduenturum sit. Quarta & ultima specialis, qua definitur singulatim modus uenturorum.

¶ De regionibus quae sint significationes.

**P**rimam igitur quam diximus localem ita explicabimus. In copulationibus enim defectiuis ☉ & ☽ praesertim euidentibus, considerabimus defectiuum signiferi locum, itemque conciliatiões cum signis regionum per triangula. Item quid habeat consensum cum loco defectiuo signiferi, siue in urbium primis extructionibus, siue ab horoscopo, siue ab illis locis quae tum lumina occupauerunt, seu M. C. eorum qui iam rerum summam praesint. Quibus conciliatiões repertis decernemus euentus omnino ad illas quae fuerint regiones pertinere, in quibus primis si cum signo defectiuo coniungantur, & si ipsis deliquium supra terram existens apparuerit.

¶ De tempore euentuum.

**S**ed temporalis tractatus qui complectitur significationum tempus & durationem talis est. Cum enim quae deliquit eodem tempore accidunt, non soleant apud omnes ubique habitantes eisdem horis inaequalibus consumari, nolo autem & Solis & Lunae deliquit

g quia



quia intelligi, necq; etiā obscuratiōnē nec duratiōnem pariter intendi, primum in unaquaq; regione cuius situs ratione cōprehensus est, ad horam deliquij, poli altitudinem & cardines tanq; in hominis genitura exprimentur, Deinde exquiretur quot horarum æquinoctialium in unaquaq; cōprehensa ratione regione duratio sit obscuratiōnis. His enim constitutis, quotquot horas æquinoctiales inuenerim, tot in Solarī quidem deliquio annos, Lunari uero menses duraturos effectus pronuntiabimus, Cæterum exordia ipsa & uehementiores progressiones cognoscuntur ex loci defectiui habitu erga cardines. Nam cum locus ille inciderit in oriētalem finitorem, significat euentuū exordia circa primos quatuor sequentes statim deliquij tempus menses futura esse, uehementiores aut progressus in primo triente totius duratiōis effectionalis. Sed si inciderit idem locus in M C, exordia erunt proxime sequentium mensium, & triētis mediij totius duratiōis. In occidentali aut cardine significantur exordia ultimorum quatuor mensium & ultimi trientis totius duratiōis futura esse. Verum particularium remissionū intensiōumq; iudicia fiēt de intercedentibus toto tempore luminaribus copulationibus, cum in locos autores effectiōnis, aut illis configuratos inciderint, deq; alijs una ex orientibus stellis effectiōnis designatricibus, cum aut in emerisionibus aut occultationibus, aut stationarijs, aut noctu emicantes, configurata cum autoribus effectiōnum locis fuerint. Emergentes aut uel stationarijs intendunt euentus, dum uero occultatiū se eunt aut splendore Solis obruiuntur, noctuue emicantes, de euentibus remitti aliquid solet.

¶ De genere euentuum.

**T**ertio loco propositum fuit cognoscere in quæ genera rerum euentus essent exituri. Hoc ipsum deprehendetur & de natura signorum & de forma, in quas loci deliquioꝝ inciderint, horumq; locoꝝ dominatrices stellæ cū uagantiū tum fixarū hæc & de ipsius deliquij & de cardinali signo deliquij sunt intelligēda

da. Dominatio autem stellarū errantiū ita colligitur. Quæcunq; enim pluribus modis utriq; loco, id est deliquij ipsius & hoc sequentis cardinis adiungi cernetur, ea sola dominationem occupabit. In hoc aut consideratur proximæ & apparentes accessus & defluxiones, & ratione compræhensæ figuratiōnes, itemq; domicilioꝝ triangulorumq; potestas, una cum altitudine & terminis. Sin una eademq; stella dominiū utriusq; loci, id est defectiui & cardinalis sortita nō fuerit, præferetur quidem defectiui loci dominus, sed assumetur etiam ille qui præ cæteris utriq; loco pluribus modis de præscriptis adiungi uidebitur. Sed multis dominationem sibi uendicantibus, ppter æqualitatem respectus ad utrunq; locum, præponetur reliquis uel Cardinalior, uel potentior, uel qui magis conditionis sectæq; fuerit. Sellarum aut inerrantium assumetur ea quæ loco defectiuo quasi assederit in prætereunte cardine, primum splendore secundum nouem modos demonstratos in primæ compositiōis nostræ libris. Deinde uel cū cardine orientis uel M C. secūte locū defectiuum repta. Atq; ita animaduersa in stellis autoritate effectiū, contemplabimur & formas signorum, in quibus & deliquium ipsum & huius dominatrices stellæ repertæ fuerint, a quorum proprietatibus modi gñaliū euentuū cōmuniter ducitur. Nam qbus signis forma humana tribuitur, siue insignifero id ē ecliptica intelligant, siue per reliquos inerrantes appareant, significant euasuros euentus in genus humanum. Aliorū terrestrium formæ quadrupes, asinus, milibus brutis, serpentes, anguibus & huiusmodi. Rursum feræ, immanuetis & noxijs humano generi, Mites, utilibus, domitis, operamq; & adiumentum commoditatibus uitæ nostræ afferentibus pro cuiusq; formæ descriptiōe, ut equi, bouis, pecudis, uentura portendunt. Præterea septentrionales formæ terrenæ, terræ subitos motus, meridionales nimborum fluxus afferunt. Iam cum loci illi autoritatis fuerint in figuris pēnigeris, ut ♀ → Galinæ, in aues & uolatice inq; primis ea quæ uictui apta sunt, Similiter cum natantibus, in aquatica & pisces euentus cadunt. Quæ figuræ si fuerint marinæ ut ♀ → delphis, marinis piscib; g 2 classa

classibusque insuper & navigationibus, Sin fluuiales ut  $\alpha$   $\chi$ , fluuiaticis et fontanis uetura decernunt, Argo aut utrunque genus complectit. Ad haec repertae autoritatis stellae in signis tropicis ac aequinoctialibus communiter aeris et temporis fuisse significat, proprie autem uernum tempus & ea quae e terra nascuntur, Si enim reperiantur in aequinoctio uerno, iudicio sunt pululationum arborum fructiferarum, ut uitis, ficus fructuumque maturitatis. In solstitio perceptionum frugum & conditionum, peculiariter autem in Aegypto & Nili exundationis. In aequinoctio uerno, sationum & pabulariorum & huiusmodi. In bruma olerum & auium ac piscium illius temporis. Sed aequinoctialia etiam significationem dant sacrorum & diuinae culturae. Tropica mutationum aeris & in rebus publicis morum ac legum. De solidis iudicium fiet fundationum & substructionum. De bicorporibus hominum ipsorumque regum. Quae uero tempore deliquij orientali magis posita fuerint, fructibus, adolescentiae, fundamentis euentura, sed a M. C. templis, regibus, aetate uirili. Occidentalia autem legum institutorumque mutationes & senectae casus, & uita functos significant, Caeterum quatenus in deprahensum genus affectiones progressurae sint, ostendet magnitudo obscuritatis deliquiorum & erga defectiuum locum stellarum autoritatem sortitarum habitudines. Nam uespertini erga solaria deliquia, Matutini uero ergo lunaria, minora omnia reddunt. In oppositionibus autem dimidium demunt. Sed matutini erga solaria, uespertini erga lunaria deliquia, augent.

#### ¶ De modis futurorum.

**Q**uarto loco proposita fuit a nobis exquisitio modorum praecogniti euentus, hoc est in bonum ne an malum illi euasuri, & quales per utrunque in sua specie futuri essent. Hoc ipsum declarat naturalis efficientia stellarum dominantium in autoritatum locis, & cum ipsarum secum tum etiam cum his locis, in quibus ipsae fuerint commistio. Nam Sol et Luna ut principes omnium, imperium

imperium & edictionem penes se habent, autores effectuum & dominationis ius stellis committentes, ipsarumque illarum aut uires augent aut imminuunt. At quibus stellis potestas contigit commistionis earum consideratio demonstrat euentuum modos. Incipiemus autem nunc deinceps singulatim Errantium stellarum proprietates explicare, ubi hoc prius monuerimus lectoribus huius breuis institutionis nostrae, quod in generali hac mentione quinque errantium stellarum commistionis & efficientiae, similis natura intelligenda sit, siue illa ipsa huius constitutionis suae locum teneat, siue alia inerrantium, aut signiferi etiam aliquis locus, perinde ac si naturae haec & proprietatis ipsarum, non stellarum essent appellationes. Itemque quod in mistionibus non solum ipsae inter se errantium coitus, sed etiam inter has & alias similis naturae siue inerrantes, siue loca signiferi, necnon quod cum his errantibus familiaritatis intercedat, inspicere oporteat.

¶ ubi solus dominationem fuerit sortitus, corrumpit generaliter frigore. Peculiares autem sunt huius cum in homines ille corruptio cadit, morbi diuturni, rabes, marcores, humoris molestiae & fluxiones, febres quartanae. Tum exilia, inopia, angustiae, luctus, terrores, mortes potissimum aetate prouectorum. Bruta ferè apta hominum usui comminuit, rebus ipsis morbifera mala infert, ut illis uescentes similia in mala deuenientes intereant. In aere excitat frigus horrendum, glaciolum, nebulosum, pestilens. Tempestates aduersas, densas nubes, caliginis. Item niuis magnam uim non opportuna sed contraria, unde serpentum noxia hominibus multitudo concreta existere consueuit. In fluuijs ac mari communiter, hiemes, naufragia, difficiles cursus, piscium penuriam & interitus, peculiariter autem uorticosos in mari fluctus, & fluuiorum exundationes, & aquarum deprauationes, Terra uero frugum caritatem, penuriam, uastitatem, potissimum earum quae necessaria sunt ad uictum, immittit, per erucas, locustas, aquarum inundationes, nimborum impetus, grandinem, aut alia huiusmodi, quae usque eo procedunt, ut fame similique pernicie homines extinguant.

4 solus nactus dominiū, generaliter incrementa rebus confert. Sed peculiariter cum euentus in humanum genus exeunt, largitur gloriam, amicitias, tranquillitatem, pacem, Rem familiarem auget, corpus animumq; cōponit, conficit dona & beneficia à regnatoribus, Hosq; ipsos auget ac ornat, facit magnis animis, inq; summa, felicitatis uniuersæ est autor. Animantū reliquarū utilitū ad uitam degendam copiam & abundantiam; contrariarum exitium & interitū procurat. Tempestates reddit salubres uentis & imbribus altrices terrestriū, fortunat classibus cursus, fluuioꝝ aquas moderatas conseruat, frugum copiam & his similia efficit.

♁ ubi solus arripuit dominationē, generaliter corrumpit feruore, sed peculiariter in humanum genus seruit bellis, seditiōibus intestinis, carcere, populationibus, tumultibus plebeis, iracundijs principū & ab his inopinatas mortes infert. Huius sunt æstuentes febres, tertianæ, sanguinis eruptiōes, morbi acuti, uolentæ mortes, in primis ætatis ualidæ. Item uis, cōtumelia, iniuriæ, incendia, homicidia, rapinæ, latrocinia. In aere cōmouet calidos uentos, pestilentes, tabificos, fulminum iaculationes & flammæ, squalorem. In mari subitas nauium subuersiones per uentos turbulentos, fulmina ue aut alia huiusmodi. Fluuiorum aquas exorbet, desiccatur fontes, deprauat latices. Quæ necessaria sunt ad usum uitæ humanæ animantes eiq; terra nascentia perfundat, uel pernicioso hæc æstu nondum percepta uastans, uel condita conflagrationibus.

♀ sola domina uenturoꝝ generaliter ea efficit, quæ ☿ cū uenustate quadam, peculiariter autem hominibus conciliat famam, honores, gaudia, frugiferos annos, Dat fortunata connubia, copiam liberum, Et gratiam in coniunctionibus, incrementa bonorum, uictum mundum, honestatem, reuerentiam, uenerationem. Insuper & corporis decorem, & necessitudines gratas potentiorum ac principum. Aera uentis replet temperatis, humidis, fecundissimis, cōmoda tempestate, serenitate, demittitq; imbrum tempestiuas pluuias. Nauibus felices cursus & succes-

sus lu

sus lucrosos tribuit. Fluminum alueos complet. Animantium utilitati seruentium & frugum in primis copiam abundantiam, commoditates confert.

♃ adeptus dominationem, generaliter quidem in illis stellæ naturam se insinuat cū qua fuerit configuratus, est autem omnium maxime impetuosus. Et in ijs quæ humana sunt, acer, efficax, ac cōmodabilis offerentibus se rebus. Vsurpator latrocinioꝝ, furtorum, piraticæ inuasionis, cōtrarioꝝ uentorū fuscitator, in configurationibus cum maleficis. Autor morborum siccitatis, februm cotidianarum, tussis, anhelationis, tabis. Habet & sacerdotalem rationem & cultus diuinos, & regio reditus. Habet & mutationes suis temporibus legum ac morum, quæ oīa congruunt cum illius ac reliquarum stellæ singularum cōmitione. In primis uentos turbulentos, uehementes, instabiles, siccitatem aeris & mobilitates cōmouet, cū de uicinitate solis, tum celeritate cursus sui. Itaq; & tonitrua, flammantiaq; fulmina imittit, dissipatq; ac concutit terram, fulgura ciet. Vnde & interdum perniciosus est aptis uisibus uitæ, animantibus & frugibus, flumina occidens siccatur, explet oriens.

Vbi igitur peculiari in natura reperta stella fuerit effectiones quoq; illam ipsam consequuntur similes. Sed cū inter se permiscantur cum configurationibus ipsis, tum permutatione signorum & à Sole apparitionibus, consentanea etiam in effectiōibus temperatio, & mixtæ uariæq; proprietates decretorum existunt. Quia uero infinitum, hoc est neq; fieri potest ut uniuscuiusq; temperaturæ peculiare decretum doctrina cōprehendat, oēsq; simpliciter aliquis cuiuscumq; modi configurationes tam multiplicis præsertim rationis, exequatur, relinquendum merito est hæc pars Mathematici in singularum rerū iudicijs gnatiuitati ac industriæ. Sed hoc diligenter obseruabimus, quis sit stellarum principum decreti respectus, & regionum ipsarum ac urbium in quibus significationes cadent. Cum enim sunt illæ benefice & conciliatæ locis obnoxii, neq; superantur ab alijs diuersæ sectæ, multo magis absoluunt naturæ suæ bonitatem, sicut & alienæ

alienæ aut superatæ ab aduersarijs minus profunt. Quod si noxia hunc principatum caperint, conciliatæ cum obnoxijis locis aut superatæ à stellis aduersariæ sectæ, minus nocent. Quæ cum neq; dominatrices regionum erunt, neq; superabuntur ab alijs quæ illarum cõmendationem acceperè, tũ uehementiorem suæ constitutionis pestem infligent. In genere aut̃ uniuersalibus à malis potissimum corripit̃ur ij quorum in genituris præcipua loca nempe luminum aut cardinum eadem fuerint cũ illis à quibus uniuersalium casuum causæ ueniunt, id est eclipticis ipsis aut his oppositis. Sed in primis periculosa ac inuitabiles sunt partiles occupationes, dimetientesq; deliquiorum utriusuis illæ luminum respectum habuerint.

¶ De coloribus in deliquijs & crinitis, ac huiusmodi alijs.

**O**bseruandæ etiam sunt in uniuersalibus cõsiderationibus colores in deliquijs, non modo ipsor̃ luminum, uerum aliorum quoq; quæ iuxta illa solent colligi, ut uingularum ac arum, & quæ alia sunt huiusmodi. Nam si nigra siue lixida esse uideantur, significant ea quæ de ò natura exposuimus. Candidus color Iouialis est. Rutilus Martius. Flauus Veneris. Varius ꝑ. Quod si coloris proprietas per tota luminum corpora aut etiam loca se diffuderit, plurimis regionis partibus futura decernit, sin quacuncq; à parte apparuerit illis partibus in quas se proprietas illa inclinabit. Obseruandæ & crinitæ seu in deliquijs siue alio quolibet tempore fulserint, in considerationibus uniuersalibus, quales sunt quæ dicuntur trabes, tubæ, dolia ac huiusmodi. Est enim harum naturæ effectio Martiæ ac Mercurialis proprietatis, bellor̃, æstus, turbulentia, & eor̃ quæ ista sequi consueuere. Cæterum loca in quibus hæc euentura sint designantur cum à signiferi partibus in quibus collectæ illæ stellæ fuerint tum de crinitæ figurationis inclinatione. Per ipsam quidem collectionis quasi faciem & formam, futurorum species & genus cui affectio expectanda sit, deprehenduntur. Verum de tempore durationis, inten

intensione euentuum. De habitudine aut̃ erga ☉, initium patecet. Nam cum fuerint matutinæ diuicq; fulserint, celeritatis, Sin uespertinæ, tarditatis, significatio futura est.

¶ De Nouilunio anni.

**D**emonstrata iam ratione uniuersalis considerationis regionum ac urbium, sequitur quædam subtilior exquisitio, eor̃ inquam quæ singulis anni temporibus euentura sint, cuius tractatio quandam desiderat de Nouilunio, ut uocatur, anni disputationem. Quod igitur illud principium capi oporteat à reuerfione Solis in omni ambitu illius ac eum locum unde abierat, ipsa res docet cum effectione ipsa, tum etiã nomine. Quale aut̃ principium in circulo constitui simpliciter possit, omnẽ etiam cogitationem fugere uideatur. In illo tamen circulo qui describit̃ per media signa, probabilia sola principia sumpserimus, eor̃ punctorum quæ æquinoctialis & coluri signant, hoc est bina æquinoctialia & bina tropica. Sed rursum & hic dubitatio alicui forte oriatur, quo nam ex his quatuor ut principe recte utat̃. Atq; est de simplici quidem & circulari natura hor̃ nullum ut unius principij præcipuum. Scriptores tamen harum rerum uno quopiam usi sunt alio sanè alius cui quisq; principium pro ratione & sensu naturæ suæ ascriberet. Etenim singula hæc membra eximium quoq; quiddam habent cur principij & noui annum sibi iure uendicare uideantur. Nam æquinoctij uerni proprium ut tum longiores dies noctibus fiant, humiditatisq; hoc est tempus. Humiditatis aut̃ natura potiss. ut ante q; diximus, in exordijs genituræ regnat. Solsticiũ longiss. diẽ edit, & Aegyptijs inundationẽ Nilũ, ac ortũ Caniculæ significat. In autumnali æquinoctio cadit tempus cõdendarum frugũ, & quasi de nouo principio aliæ semina terræ mandantur. Bruma diem incipit diminutum producere. Sed conuenientius mihi ac naturalius uidetur, ad annuas inspectiones quatuor principia constituere, obseruatis & præcedentibus conjunctionibus ☉ & ☽ cũ interlunij tum h pleni

plenilunij, atq; in primis defectiuis. Atq; ita de v principio iudiciū facere de statu ueris. De æstate à ☉. De autumno à ♁. De hieme à ♁. Nam ipse quidem ☉ uniuersales temporum constitutiones & modos facit, inde & penitus imperiti Mathematicū futura prænoscent. Sed & proprietates signorum ad significationem uentorū & generalium naturarum assumendæ. Temporalium aut mutationum incrementa & diminutiones indicabunt uniuersaliter quidem uicinæ prædictis punctis coniunctiones & erga has stellarum errantium configurationes, particulariter uero in unoq; signo interlunia & plenilunia, itemq; stellarum transitus, quam menstruam inspectionem nominare liceat,

¶ De particulari natura signorū in tempestatibus.

**A**D hæc teneri debent particulariter proprietates naturales signorū ad annuas constitutiones, necnō singulæ stellarū, quæ nos supra exposuimus, acōmodatis errantibus & similis modi inerrantibus ad aeris & uentorū, totis aut signis cum ad uentorū tū tēporē anni familiaritates. Restat nūc particulares quæ signorū naturas exponere. ¶ Arietis igit signū gñaliter est ppri significationē æquinoctialē tonitruosum, & grandinosum. Particulariter uero hæc & intenduntur & remittuntur de pprietate inerrantium stellarū quibus describitur. Priores illius partes imbres & uentos cient, mediæ temperatæ, extremæ æstuosæ & pestilentes sunt. Septentrionale spacium æstuosum & noxiū, australe glaciōsum & frigidiusculū est. ¶ Tauri signum præsertim gñaliter utruq; modum & est succalidum. Sed particulariter priora ubiq; Vergiliæ uisuntur, turbulenta, uentosa & nebulosa habet. Media humectantia & frigida. Sequentia ubiq; succulæ cōspiciuntur, ignea fulminū ac fulgurū efficientia. Septentrionalia temperata. Australia instabilia ac incerta. ¶ Signum ♀ uniuersaliter est temperationis efficiens, particulariter uero primoribus in partibus humidum ac noxiū. Medijs temperatum. Posterioribus mistum ac incertum, Septentrionalibus uen-

tos

tos cient & terras concutit. Australibus aridum & æstuosum. ¶ Signū Cancrī gñaliter serenitatis & æstatis effectiōne fortitū est, sed particularit̄ in principio sui & iuxta p̄sepe suffocat & terras quatit, caliginemq; offundit. Medium temperatum, in fine uentosum. Tam septentrionali q̄ australi in spacio igneum, noxiū, æstuosum. ¶ Leonis signum, in uniuersum æstuat ac suffocat, particulariter uero habet principium suffocans ac pestilens. Medium temperatum. Finem siccum & noxiū. A septentrione instabile est & igneum, ab austro humidum. ¶ Virginis signum in uniuersum humidum est ac tonitruosum, sed particulariter incipiens calidiusculum ac noxiū. In medio temperatū, desinens aquosum, septentrionale uentosum, australe temperatum. ¶ Chelæ signum sunt gñaliter uarium ac mutabile, uerum particulariter primis in partibus ac medijs temperatum. Ultimis aquosum. Septentrionē uersus uentosum. Ad austrum siccum ac pestilens. ¶ Signum ♋ uniuersaliter est tonitruosum ac igneum, sed particularit̄ priores partes ningunt. Mediæ temperatæ sunt, posteriores turbulenta, septentrionales æstuat, australes humectant. ¶ Signū → in genere uentosum, particulariter in principio sui humidū, medio temperatū, calce igneum est. Ad septentrionē uergens uentosum, ad austrum humidum & uariabile. ¶ Signum ♌ generaliter humidum est, in prioribus partibus æstuosum & noxiū, medijs temperatum, posterioribus pluuiosum, tam septentrionalibus q̄ australibus humidum ac noxiū. ¶ Aquarij signum in genere est frigidum & aquosum, sed particulariter prima habet humida, media temperata, extrema uentosa, septentrionalia æstuantia, australia niuosa. ¶ Signum ♍ uniuersaliter frigidum est & uentosum, partes aut habet primores q̄dem temperatas, medias uero humidas, posteriores æstuentes. Septentrionalis situs uentosus, australis aquosus est.

¶ De particulari tempestatum consideratione.

h 2 His

**H**is igitur expositis sequitur percursorio particularium significacionum, quæ talis sit. Vna est ratio generalis respectu quadrantum signiferi, qua, ut diximus, obseruanda sunt proximæ antecedentia æquinoctiales ac tropicas significaciones, interlunia ac plenilunia, horumque utrorumlibet in unoquoque proposito climate cardines tanquam genituræ tempore constituenti, tum cognoscendæ dominantrices stellæ cum interluniorum tunc pleniluniorum loci, & sequentium hunc cardinum sicut supra in deliquorum doctrina exposuimus, atque ita uniuersalia de proprietate quadrantum exquirere, sed intensiones ac remissiones de dominantium stellarum natura, cuiusque modi ac constitutionis effectione illæ habeant perdiscere oportet. Altera ratio est menstrua, qua consideranda sunt in singulis similiter signis interlunia & plenilunia hoc solo obseruato. Si interlunium forte antecesserit proxime punctum tropicum aut æquinoctiale, ut interlunium illo toto quadrante utamur, Sin plenilunium, ut plenilunium. Considerandi & cardines & utriusque loci dominantrices stellæ, inque primis applicationes deflexionesque errantium stellarum, earundemque proprietates, nec non & locorum, quosque uentos quæque stella ac quæque signorum partes in quibus illæ fuerint, commoueat. Præterea in quibus uentum latitudine sua inclinaret in obliquitate eclipticæ, de quibus omnibus notatis potioribus, mensium generales status ac uentos præcognoscere poterimus. Tertia ratio est subtilioris cuiusdam obseruationis intensio ac remissionum. In hanc cadunt configurationes ☉ ac ☽ particulares, non solum interlunium & plenilunium, sed etiam horum mediæ id est quadratæ. Vbi animaduertendum ante tres ferè dies omnium tempestatum significaciones existere solere, aut etiam post tres nonnumquam, exequati itineris Lunaribus erga ☉. Cadunt & singulorum istorum status, neque istorum modo, sed etiam aliarum figurarum ut sexangulæ ac triquetra, itemque aspectus stellarum errantium, nam de harum natura consequenter mutationis proprietates deprehenditur, respondens aspicientium stellarum & signorum erga circumdantem nos cælum ac uentos, familiaritati. Verum hoc ipso parti-

particularium modorum, diurnæ intensiones remissionesue existunt potissimum, ubi inerrantium stellarum eæ quæ maxime illustres sunt, matutinis aut uespertinis, ortusque aut occasus sui fulgoribus erga solem conspicuæ fuerint, nam conuertunt particularem statum illæ plerumque ad modum naturarum suarum. Idem iudicandum usu uenire, ubi lumina iter per cardines fecerint. Tales enim ad habitum illorum horariæ remissiones ac intensiones tempestatum sese conuertunt, sicut secundum Æstus maris ac redundationes, itemque mutationes uentorum præcipue per tales cardinationes fulgorum tales consueuere esse, ad quales ipsa se in latitudine sua inclinauerit. Vbique autem hoc tenendum est, priorem ac poriolem, generalem & primariæ subiectionis causam sequi uero eam quæ sit particularium accidentium, sed tunc efficaciam firmam in primis ac ualidam esse, cum generalis naturæ dominantrices stellæ, illis quarum fuerit particularis curatio, aspectus ac configuratiōe sese coniunxerint.

¶ De obseruandis meteoris, id est facie cæli.

**P**roferit & imparticularium significacionum præuisionibus notasse iuxta ☉, ☽ ac stellas apparentia uisa. Ac Solem quidem intuebimur orientem in iudicio tempestatum diurnæ, nocturnæ uero occidentem. Sed diuturnioris, configurationem cum ☽ illius, nam singulæ figuræ tempestatum qualis usque ad proximam futura sit declarare consueuerunt. Si igitur pura luce & expers caliginis, uarietatis, nubium ☉ orietur aut occidet, serenam tempestatem pollicetur, in uarietate autem orbis, cumque hic flammeus, rubentesue eiaculari radios uidebitur, siue illi directi, seu refracti appareant, itemque cum illas Solares nubes quæ *πύλα* dicuntur una à parte informari, nubiumque figuras subrubras, radios in longum tendentes circum sese habuerit, uehementes tum flatus significantur, pro his angulis quos respexerint uisa illa. Niger aut luridus, in ortu occasiue, si nubibus quoque inuoluetur aut aëra una à parte cingetur, aut Solares illæ nubes utrinque



aderunt, nec non radij suppallidi aut nigri, minatur hiemes atq; imbres. Lunam obseruabimus in itinere suo dieꝝ triū antequam post interlunia ac plenilunia & medium tempus quo erga Solē quadratur. Nam tenui puraq; luce nitens sicq; nihil illam circumdet, serenitatem spondet. Sin tenui rubeat luce, sicq; totus perspicuus sit orbis illius etiam qua parte non illustratur, & tremere uideat, uentos maxime declinationis suæ ciet. Nigra, pallida, spissa hiemes ac imbres minatur. Non negligetur animaduersio q̄q; arearū quæ Lunā interdum cingunt. Nam si una fuerit pura paulatimq; eua nescat, serenitatem. Sin duæ aut tres, hiemes significant, atq; has cum uentorū turbulentia subrubræ quasiq; perurpæ cum niue, caliginosæ ac spissæ, luridæ ac nigrae & lacera, tã cum his q̄ cū illis, eorūq; etiã uehementiores significant illas, quo ipsæ maiores fuerint. Errantibus ac inerrantiū splendidis circumfusæ areæ de pprieta te coloris sui portendunt ea quæ naturæ ferunt stellarū. Inerrantiū etiam quasi turbulas aspiciemus q̄ illæ colore quæq; magnitudine uideantur. Nam si splendidiore grandioresq; solito appareat, quæcūq; in plaga cæli luxerint, ab illa uentos concitabunt. Quinetiam nebulosi giri qui dicuntur, ut in præsepi & alibi pprie si sereno cælo aut exiles sint, uisumq; fugiant, aut perdensæ esse uideantur, nimbos, puri uero ac uibrati, turbulentiam uentorum portendunt. Iam si stellæ earū quæ utrinq; ad præsepe cernuntur Asinorū appellatiōe, una quæ septentrionalis sit nō appareat, flabit Aquilo, si uero altera australis non appareat, flabit Auster. Præterea quæ certis tēporibus in cælo se ostendunt & ostenta dicuntur, eorū crinita sidera semper squalorē uentosq; p̄nunciant, eo qdē uehementiores, q̄ plurius in partib; & ipsorū corpora grandiora fuerit. Discursiōes & iaculatiōes stellarū si ab uno angulo prūpant, inde q̄q; uentū emittunt. Sin occurrant in se, uentorū plia suscitāt. Sin uero de quatuor plagis ruant, hiemes uarias ferunt atq; etiam fulmina, tonitrua et quæ alia huiusmodi sunt. Nubes in quibuscūq; sinibus conspectæ assimilēs floccis lanæ, nōnunquam hiemes afferunt. Sed arcus quocūq; tempore extiterit, si serenum sit hiems, sin

hiemet,

hiemet, serenitas expectanda. Vt autem hæc concludantur, sciendum generalia uisa aeris certis temporibus eadem portende re quæ sunt in superioribus de suis quæq; accidentibus explicata. Atq; hactenus placuit de generali inspectione uniuersalium atq; particularium signorum breuiter differere. Quod superest, Genitales præcognitiones sicut & ordo postulat nunc deinceps exequemur.

Finis libri secundi.

## EX LIBRO IVDICIORVM TERTIO.

De genesis figura constituenda.

ero. arag. 33. faltram  
+ in libro

**C**um sit temporale humanæ genituræ tempus, seminis quidem unum naturaliter, potentia uero & accidentaliter cū foetus enitendo in lucem producitur, si cōstet de fatu, deprehensumq; sit tempus illius siue aliquo de casu seu obseruatiōis diligentia, conueniens fuerit in exquirendis cum corporis tum animi proprietatibus illud potissimum sequi, & quæ tum fuerint stellarū configurationes earundemq; effectus cōsiderare. Vbi enim semen primum ad certū quendā modum de influxu circūfusi cæli informatū fuerit, quāuis postea corporis creatura dissimilis quædā exeat, tamen cū illud peculiarem materiam naturaliter tantū sibi augetendo conciliet ac attemperet, maiorem tamen adhuc similitudinē retinet prioris proprietatis ac cōformationis. Cæterum quando illud tempus, quod ferè usu uenit, ignoratur, initium de utero progressi foetus necessario capietur atq; obseruabitur, quod & ipsum potentissimum sit, & hoc uno deficiatur, quod ab illo etiã eorum quæ partum antecedant notitia haberi possit, ab hoc non possit. Quod si quis illud principium nominet, hoc uero initium magnitudinē quidem tempore

re fece



re fecerit huius posteriorem, potentia uero æqualem ac etiam perfectiorem altero, ut prope illa rectissime dici possit seminis humani, hæc uero hominis ipsius generatio. Tum enim plurima infanti apponuntur quæ in utero illi adhuc clauso aberant, hæc ipsa & solius humanæ sunt naturæ propria, & est corporea figura ratio, ut quamuis cæli circumfusio in partu non uideatur certum quendam modum effecisse, hoc tamen effecit ut partus conueniente configuratione circumfusi cæli maturaretur, Natura enim post perfectionem fœtus particulariter egressionem mouet ad constitutionem respondentem principali informationi, ut merito putandum sit in hoc significationes inesse de configurationibus motuum stellarum, non tamen ut prorsus effectrices, sed necessitate tamen quadam & naturaliter similitam potentia complexas effectorem. Cum autem sit nobis propositum hanc etiam partem percurrendo exequi ad illum quidem modum quem initio huius scripti constituiimus disputatione nostra quatenus ut ad talem præcognitionem perueniremus posse fieri uideretur, nunc ueterem prædictionum uiam non ingrediemur, quæ concretione explicatur ac mixtura stellarum omnium uel saltem plurimarum. Est enim nimium diffusa & prope infinita si quis exquisite peragraré uelit, magisque eorum propria quæ in tractatu hæc rerum naturaliter considerantur, quæ in præceptorum contemplatione comprehendendi possint. Hac igitur uia declinata partim quæ utilitate careat ingressus illius, partim quæ difficillimus sit, ipsam rem qua singulæ species comprehendendi perspicere possint, nec non proprietatis generalis stellarum effectricem uiam singulatim, sic quidem ut hæc superioribus congruant & naturalibus de coniecturis exponemus. In qua parte cum ante omnia constituerimus tanquam signum certa loca circumdantis cæli, ad quæ solet contemplatio referri omnium humanorum casuum, quibusque in primis intentos esse oportet, admissuram strabimus mox quasi sagittas quæ illo coniciantur generalem doctrinam effectuum & uirium, quæ propter conciliationem corporum illis in locis praualent. Tum commissionem diuersarum naturarum & collectionem euentus subiectæ speciei quasi sagittario

tario perito relinquemus ingenio uolentium illa exquirere. Primum uero uerba faciemus de his quæ uniuersaliter solent considerari in partus initio, sicut ordo & consequentia postulat. De quo initio omnia ut diximus, quæ naturaliter colliguntur, dependet. Quæ ipsa, si quis curiosior esse uelit, tantum ad proprietatum exquisitionem quæ est concretionis, & ad ipsum saturationis tempus, per subiectas proprietates eidem contemplationi, non nihil momenti afferant.

¶ De comperienda parte horoscopi. †

Cum sæpenumero de primo & præcipuo, hoc est de momento horæ natalitiæ dubitatio oriatur, quod ferè a strola huius solius inspectio tempore partus minutum horæ subijcere possit, alia uero prope cuncta horologia quibus uulgo utuntur aberrare à ueritate soleant, Nam & solaria de situs ac gnomonum accidente peruersione, & aquatica cum propter laticum naturas tum alias innumerabiles causas tum etiam fortuita cohibitione & inæqualitate facile deprauantur, ideoque necessaria fuerit doctrina inueniendæ partis zodiaci, quæ tum in oriente debeat constitui. In qua sequemur & ipsam naturalem & consentaneam rationem. Posita igitur parte de iudicatione quæ certissima haberi possit horæ natalitiæ ex ascensionum præceptis inuentæ, tum capiemus eam quæ proxime partum antecessit coniunctionem siue interlunij seu plenilunij. Et diligenter animaduersa parte illius in interlunio quidem utriusque luminis, plenilunio uero eius quod supra terram fuerit, considerabimus quarum stellarum in tempore partus illius partis dominatio sit, quæ ratio generaliter in quinque his continetur, triangulo, domicilio, altitudine, termino, fulgore seu configuratione, hoc est cum horum unum aut plura aut etiam uniuersa in quaesito loco erga potituram dominationem stellam inuenta fuerint. Vbi igitur unam stellam in his cunctis aut plerisque congruentem reperiemus, perspicimus deinceps accurate, uia in parte illa partus tempore feratur  
i in suo

in suo signo, & quota illa erit eiusdem numeri partem in exortu statuemus eius signi cuius ex præceptis ascensionum maximam uiciniam inuenerimus. Quod si fuerint duæ plutesue participes dominationis, cuius pars quam tempore partus occupet, prius accesserit, numero suo ad illam quæ de ascensionum præceptis in ortu comperta fuit, eius partis numero abutemur. Si uero duæ pluresue in hac propinquitate pares sint, sequenda erit potior ratio respectu cardinum atque etiam conditionis seu sectæ. Sed ubi huius dominationis pars longius discrepabit à generali horoscopo, quæ à simili parte mediæ coeli, eiusdem tamen numero ad constituendum M. C. cardinem abutemur, & reliquum de illo figurabimus.

## EX LIBRO QUARTO.

## ¶ De fortuna honorum &amp; dignitatis.

**Q**uæ ad dignitates attinent, ita considerabuntur. Obseruetur luminum status, & satellitium stellarum erga quæ ipsas familiaritas. Nam si ambo lumina fuerint in signis masculinis, in quibus cardinibus siue ambo siue alterum maxime aut conditionarium & stipatum à quinque stellis errantibus erga Solem quidem matutinis, Lunam uero uespertinis, qui nascentur erunt Reges. Quod si satellitium stellarum & ipsum cardinalium, aut cum M. C. cardine configuratum fuerit, decernit stabilem potentiam & magnitudinem orbis quæ imperium, quæ felicitas maior erit, si hæc configurationes dextræ extiterint. Sed si hæc quidem omnia ad istum se modum habuerint, solus autem ☉ in masculino, ☽ uero in feminino signo, alterumque tantum cardinale lumen sit, Duces nascuntur & domini uitæ ac necis. Sin ne stipatrices quidem stellæ cardines occupent, neque cum cardinibus supraterraneis configurent, Erunt illi magni tantummodo & in dignitatibus generis illu-

illustres, aut præfecturis militiæ uel muneribus præstantes, non tamen ad Ducatus attingent. Quod si ipsa quidem lumina cardinalia non sint, cardines tamen stipatrices stellæ teneant, aut cum cardinibus configurentur, Claritas honorum desperanda, inter ciues tamen hi & in uitæ suæ generis mediocritate excellent, Sin etiam à cardinibus stellæ istæ alienæ sint, ignobiles erunt & humilium ac abiectarum actionum. Planè autem contempti & infelicibus animis gignuntur, cum neutrum lumen cardinale, neque in signo masculino repertum, neque à beneficis stipatum fuerit. Et generalis quidem in hac consideratione dignitatum incrementi detrimentique ratio talis est. Sed inter hæc diuersitates innumerabiles, deprehendetur de forma ipsa cum luminum, tum stipationis particulari mutatione, necnon dominatione stipationis. Hæc enim si constituerit ab his, quæ conditionis fuerint & beneficæ, ipsis dignitatibus maior autoritas & stabilitas conciliatur. A contrarijs autem minora & incertiora omnia. Etiam dignitatis genus de stellarum stipantium proprietate cognosci poterit. Nam ☽ dominationem nactus stipaturæ potentiam acquirat conditis retrusisque diuitijs. Sed ☽ ac ♀ benignitate & largitionibus præmijs, munificentia. Martis uero stella expeditionibus, uictorijs, terrore subditorum. At ♁ intelligentia, eruditione cura ordineque rerum suarum.

## ¶ De temporibus distinguendis.

**E**xpositis summatisque quibus exprimeretur singulorum generum consideratio, in tractatione, ut initio proposuimus, uniuersalium modo partium, superfuerit eadem uisa naturaliter & consequenter accedere ad temporum distinctionem secundum illam particularem nostram explicationem. Sciendum autem in tota ratione Genethliologica ante particularia iudicia respiciendum semper ad prius quoddam & potius fatum siue terrarum regiones & habitata loca complectentium, siue ipsorum locorum, cui generalia partium subiecta sint natalitiarum iudicia, ut sunt corporis formæ, &

ingenij proprietates, itemque mores & consuetudinum discrepantia, Itaque naturam sequentem iudicem par est comprehendisse in omnibus sententijs ferendis primas & potiores causas, ne, quemadmodum in tractatibus geniturae praefari solent, per ignorantiam Aethiopes, exempli gratia, candida cute & laxo capillo, Germanum aut Gallum nigrum & crispum faciat. Aut hos humanos & eruditos & studiosos, Graecos uero imanes & indoctos. Neue contra mores ac consuetudines, conciliet Italo sororis matrimonium, cum apud Aegyptios, aut Aegyptio matris, cum apud Persas usitatum sit. Prorsus igitur excutienda initio uniuersalis fati ratio, cui deinceps singula aucta minutaue accommodemus. Quod ipsum diligenter faciendum & cum temporum distinctiones exquiremus. Quare de aetatibus ante omnia constituemus quid quarumque natura ferat, adque illas iudiciorum certitudinem applicabimus, ne simplicem & communem modum tenentes, inscitia nostra praedicamus puero nuptias uirilesue actiones, aut decrepito solem aliaue iuuenilia. Quare quaecumque de temporalis distinctionis ratione tradentur, ea omnino pro convenientia & natura familiaritateque aetatum interpretabimur. Est enim hic unus accessus & proprius ad temporalem tractatum, de generali natura hominum, qui quidem expeditur ab ordine quem orbis stellarum erratum seruant, ut aetatum prima attribuatur primo orbi is est Lunaris, Extrema autem desinat in ultimum orbem quem Th nomina- mus. Plane aut uniuersumque aetatis natura respondet orbi cui attributa est, quae diligenter contemplanda sunt, ut uniuersalis temporum proprietates particularia ex genituris iudicia convenientia sortiatur. ¶ Nam ad quatuor ferme primos annos Luna pro sui quadriennij numero suscepta infantili aetate, efficit in illa corpusculi humiditatem & imbecillitatem, itemque subita incrementa, huius est & alimoniae liquiditas & animi mutabilitas, & in mente imperfecta et inemendata omnia, quae omnia respondet illis quae Lunari- bus effectibus tribuunt. ¶ Proximum decenniū quod puerile aetate includit, sortitus quae supra Lunam proxime est ☿, pro uiginti annorum dimidiato numero, incipit quasi fingere animū ad intel-

intelligentiam & rationem componere, ac disciplinae spargere semina & elementa inferere, necnon ostendere morum & studiorum proprietates, & excitare animos doctrina institutioneque ac exercitijs. ¶ At Veneris adolescentia est, cui dantur sequentes octo anni secundum numerum illius spacij, quae pro natura sua seminales uias incipit mouere ac absoluere & ad concubitus deducere. Illo tempore insaniunt maxime, neque ab ullius Veneris usu sese continent. Tunc amor, incendium, tunc error & apertis oculis caecitas uiget. ¶ Quartam aetatem & mediam uendicam sibi medij orbis dominus ☉ annis administrat unde uiginti, & rerum dominia & sui iuris usum aetate concedit, & cupiditatem excitat rei ac famae, cuiusdamque stabilitatis in uita, abducens ab inconstancia uanitateque & peccatis puerilibus ad iuris, pudoris, honestatis attentionem & amorem. ¶ Post Solem assumit Mars aetatem uirilem & procurat pro illius spacio annis quinque & decem. Hic uitae tristitiam & mala excitat. Animum & corpus curis ac doloribus lacerat, quippe sensum & cogitationem offerens detrimetorum uitae, & instigans ad efficiendum cum labore aliquid memorabile antequam finis adueniat. ¶ Iouis propria est senilis aetas cui praestit annis duodecim quantum & ipsius cursus temporis complectitur. Tum labores, opera, sollicitudines, in usu rerum pericula uitant, sequuntur autem decus & officium & quietem capeffunt. Nihil temere suscipere uolunt, monent, consolantur, cupidi honoris, laudis, liberales cum pudore & grauitate. ¶ Postremus est Saturnus, cui relicta ultima aetas decrepitorum quanta quidem superfuerit. De illius natura frigescit & deficit cum corporis tum animi uiribus. Tunc subito heberantur naturales motus cupiditatum & uoluptatis, nimirum uita iam conuulsa & misera ac infirma, quae & exposita sit offensis & pro motus ignauia ad omnia morosa. Atque haec quidem sunt quae considerari debent in naturae generali & communi modo, Sed particulares de genitura exquisitiones secundum illa & summam ducentur a praecipuis liberationum locis, omnibus scilicet illis & non ab uno tantummodo, sicut cum tempora uitae scrutamur. Nam horoscopum pro-

ducemus cum ea quæ corpori euentura sint & peregrinationes discere uoluerimus, partem fortunæ ad cognitionē facultatum, Lunæ locum ad affectiones animorū & consuetudines, Solis uero ad dignitatē & famam. Sed mediū cæli ad reliquas uitæ actiones & rationes, amicitias quæ ac proliis susceptionem. Ita non semper una stella dominabitur euentibus uel ex beneficis uel ex maleficis. Itaque uno tempore contraria accidere poterūt, ut si cui forte interitu necessarij hæreditas obueniāt, aut aliquis in morbo dignitate promoueat, aut priuatus liberōs suscipiat, & si quæ alia sunt huiusmodi. Non enim eadem est ratio corporis atque animi, neque facultatū ac dignitatis, nec familiarium bonorū ac malorum, ut necesse sit quempiam uniuersorum nomine felicem in felicem uel esse. Nisi forte hoc contigerit in excellentijs felicitatis & miseriarū, cum in oībus uel plurimis liberationum locis concurrerit occurfus uel prorsus beneficarum uel prorsus maleficarum quod ipsum tñ usu uenit rarius, propterea quod humana natura imperfectior sit quæ ut summa sustinere possit, appetatque misturam quandam bonorū & malorum. Ac liberationum locos ad hunc quidem modum tractabimus. Sed in occursibus non solum ut cum uitæ tempus exquirimus interemprices stellas, sed uniuersas considerabimus, neque assumemus coniunctiones modo corporales, aut diametram & quadrangulum positum, uerū etiam figuram triquetram & sexangulam. Primum autem tempus dabitur in singulis locis stellæ ipsam partem loci tenenti aut aspectanti. Quod si nulla ibi reperta fuerit, utemur tum proxime antecedenti, usque ad proximam sequentem, atque ab hac item ad sequentem proxime in signorum ordine, factis etiam participibus dominationum stellis ipsarū quarum terminos arbitri temporū planetæ occupauerint. Cæterum distantiarū partibus singulis singuli anni tribuentur. Sed ab horoscopo progressi numerum colligemus de ascensu sui climatis temporibus. A medio cælo spheræ. In reliquis locis conuenientia seruabitur uicinitatis horoscopi uel mediū cæli, secundum quam orientes & occidentes propinquasque M.C. partes definiemus, sicut docuimus cum de uita totius

ius tempore scrutando præceperimus. Atque ita constituemus temporum generales arbitros. Sed annuos ita. Numerū annorum a tempore natiuitatis proijciemus ab uno quoque liberationum loco per ordinem signorum singulorum, & dominatricem stellam eius signi in quo substituerimus assumemus. Similiter & mensium totum numerum a natali mense proijciemus a loco domini anni per ordinem signorum singulorum dies XXVIIII. Itaque dies proijciemus a locis mensium per ordinem signorum singulorum dies duos & trientem. Animaduertendum etiam quæ stellæ potissimum generalibus locis inambulent, non enim parum hoc momenti in temporum iudicijs habet. In generalibus autem locis maximam uim habet stella ♃. Iouis autem in annuis. Sed ♁ & ☉ atque etiam ♀ & ☿ in mensuris. Lunæ uero transitus in diurnis. Hoc quoque non tenendum ut generales arbitri temporum maiores sint efficaciarū, ita particulares adiuuare aut obstare pro conuenientia aduersitate uel naturæ suæ. Inambulationū autem esse augmenta & imminutiones euentuum. Nam generalis modus & temporis extensio indicatur a loco liberationis & domino generalium temporum assumpto participem etiam terminorum domino. Singulæ enim stellæ præcipuam commendationem habent eorum locorum in genitura quorum dominium initio nati fuerunt, Sed prosperi contrariisque euentus depræhenduntur de arbitrum temporis naturæ & temperationis proprietate beneficentiæ aut maleficientiæ, deque familiaritate illorum initiali cum occupato loco aut inimicitia. Verum quando decretorum præcipua uis sese ostensura sit, cognoscetur a signorum annuorū & mensurorū cum causalibus locis configuratione, de illis etiam quæ inambulationum erunt, & Solis ac Lunæ cum annuis & mensuris signis. Nam si fuerint conuenientia cum locis instruentibus ordinem uitæ in genitura, similiter & inambulationū aptæ configurationes, pro re nata bonum. Sin contraria illis, imbecilla omnia. At conuenientia si nulla sit sicque diuersitas conditionis reperiatur aut in opposita aut quadrangula figura in transitu malū pronuntiabimus, quod de alijs configurationibus fieri non

non solet. Cum autem iidem domini extiterint & temporis & inambulationum, ingentia & mediocre nihil decernunt inuramque partem. Multoque adeo magis, si non modo propter temporale arbitrium sed etiam propter dominium initiale geniturae causas illi rerum complexi fuerint, prorsus autem felices in felicesque sunt, quorum unus idemque locus in omnes aut plurimas liberationes inciderit. Aut si etiam haec diuersae sint, cum eadem tempora simul omnium uel plurimarum stellarum occursum secundos aduersosue habuerint. Genera autem euentuum in quibusque temporibus hoc loco persequi omitemus, eo quod de ratione expositionis nostrae, sicut initio ostendimus, cognita uniuersali stellarum efficacia consequenter accommodari particularia recte possint, si apte cum Mathematici causa missionum etiam causa iuncta fuerit.

FINIS.

## CL. PTOLEMAEI

CENTVM DICTA, SIVE FRVCTVS

librorum suorum.

I.

At & a scientia. Fieri enim nequit, ut qui sciens est, particulares rerum formas pronunciet, sicuti nec sensus particularem sed generalem quaedam suscipit sensibilis rei formam, oportetque trantem haec rerum coniectura uti. Soli autem numine afflati praedicunt particularia.

Cum is qui consultat ipsum melius scrutabitur, inter id & eius formam nulla rerum differentia erit.

Qui ad rem quampiam aptus est, habebit profecto & huiusmodi significationis stellam admodum potentem in sua genitura.

Anima ad cognitionem apta ueri plus assequitur, quam qui suum premium in modum se in scientia exercuit.

Potest qui sciens est, multos stellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit, ac se ipsum ante illorum euentum praeparare.

Tunc dierum prodest & horarum electio, cum tempus a genitura bene constitutum est. Si enim contrarium est, nequaquam profecerit, quamuis bonum fortasse exitum respexerit.

Non potest quispiam stellarum mixturas percipere, nisi naturalis prius differentias mixturasque cognouerit.

Sapiens anima confert caelesti operationi, quemadmodum optimus agricola arando, expurgandoque confert naturae.

In generatione atque corruptione, formae afficiuntur a caelestibus formis. Idcirco qui imagines faciunt, his utuntur, cum eo stellae ingressae fuerint obseruantes.

In dierum horarumque electionibus utere maleficis, perinde ut optimus Medicus ad curationem uenenis utitur moderate.

k Diē

Diem horamq; non ante eligas quam propositæ rei noueris  
qualitatem. 12

Amor odiumq; ne uera euentant iudicia prohibent, siquidē  
minuunt maxima, augent minima. 13

Cum cælestis constitutio quippiam significauerit, adiutrici-  
bus etiam corruptiuis stellis, hoc est secundarijs utere. 14

Quantis in erroribus uersatur Astrologus, cum locus septi-  
mus atq; eius dominus afflicti erunt. 15

Ascendentia inimicorum regni, sunt signa ab ipsius regni  
ascendente declinantia. Amicorum uero ascendentia, sunt car-  
dines, locaq; succedentia. Idem & in dogmatibus. 16

Cum in octauo loco beneficæ dominabuntur, damnum  
à uiris bonis afferunt, quæ si bene affectæ fuerint, illud dimo-  
uebunt. 17

Cum de senis cuiuspiam uita iudicas, non ante iudicium fe-  
res, quam dimensus fueris, quod illæ possit annos uiuere. 18

Cum ambo luminaria in eodem minuto fuerint, si ascendit  
benefica, natus æque sanè in omnibus quæ inciderint, bene for-  
tunatus erit. Simili modo, si & inuicem opponentur ab ortu  
atq; occasu. Sin malefica est in ascendente, contrariū sentias. 19

Vis purgationis hebetatur, cū luna fuerit Ioui cōiuncta. 20

Membrum ferro ne percussio, cum Luna signum tenuerit,  
quod membro illo dominatur. 21

Cum Luna fuerit in Scorpio aut Piscibus, dominusq; ascen-  
dentis stellæ sub terram positæ copulabitur, bonum est purga-  
tionibus uti. Si uero copulatur stellæ supra terram constitutæ,  
portionem qui sumpserit euomet. 22

Vestem nec primum induas, nec incidas, ubi Luna fuerit in  
Leone collocata. Est aut peius, si eadem male affecta fuerit. 23

Lunæ ad stellas figuratio, natum bene agilem facit, quæ si  
potentes fuerint, effectiuam, sin imbecillæ inertem ad agen-  
dum commotionem indicant. 24

Defectus luminarium in cardinibus genituræ, annuarum uic  
conuersionum noxius est, accipiunt autem locum ab interval-  
lo ascen-

lo ascendentis ac loci defectus. Ut autem ab hora Solaris eclip-  
sis annos, sic ab eclipis Lunaribus horis menses capis. 25

Dominatoris progressionem cum in medio cœli positus est  
per sphaeræ ascensionem, cum uero in ascendente constitutus est,  
per climatis ascensionem facito. 26

Latet planè res, cum stella eam significans aut sub terra aut  
in loco alieno Soli coniungitur, contra patet, cum è depressio-  
ne in altitudinem tollitur, proprioq; in loco collocatur. 27

Venus nato uoluptatem affert in membro, cui signū in quo  
est, dominatur. Idem & in cæteris stellis. 28

Cum præstare non poteris, ut duabus Lunam stellis coniun-  
gas, id præsta, ut stellæ fixæ eam coniungas illarum mixturā  
habenti. 29

Stellæ fixæ irrationabiles atq; admirabiles foelicitates affe-  
runt, quas tamen plerumq; calamitatibus insigniunt, nisi & pla-  
netæ ad foelicitatem conueniant. 30

Inspice primorum generis regum creationes. Si enim ascen-  
dens creationis conuenit cum ascendente genituræ regis filij, is  
regis successor erit. 31

Cum regni dominator in locum climatericum inciderit, tūc  
aut rex aut è regni principibus magnus quispiam morietur. 32

Cōcordiam inter duos facit conueniens stellarum figuratio  
speciem rei significantium, ex qua beneuolentia in utriusq; geni-  
tura constituta est. 33

Amor odiumq; tum ex luminarium concordia discordiaq;  
tum ex utriusq; genituræ ascendentibus deprehenditur. Adau-  
gent autem beneuolentiam obedientia signa. 34

Dominator seu hospitor interlunij si cardinalis fuerit, qua-  
cumq; illo mense futura sint, significat. 35

Sol cum in alicuius stellæ locum deuenit, uim eius excirat  
quam in aere habet. 36

In condendis urbibus stellis fixis quæ conferre habeant, ute-  
re. In ædificandis uero domibus, erraticis. Reges cuiuscumq;  
urbis q̄ Martē cuiuminantē habuerint gladio plerumq; pereūt. 37

Qui Virginem aut Pisces horoscopum habent, ij potestatis suæ causa erunt, quorum autem ascendens erit Arias aut Libra, ij mortis suæ causa erunt. Eodem modo in cæteris signis ratiocinaberis.

Cum Mercurius in altera domorum Saturni constitutus ac potens fuerit, coniecturatum nato dat intellectum ac rerum scrutationem, in Martis uero domo ac præsertim in Ariete facundiam.

Afflictio undecimi loci in creatione regis, detrimentum significat & domesticorum eius & pecuniarum. Secundi autem loci afflictio, pecuniarum ouillis eius detrimentum significat.

Cum ascendens à maleficis oppressum fuerit, qui tunc natus est, sordidis rebus delectatur, ac male olentis odores probat.

Loci octaui dominiq; eius afflictionem tempore discessus caueo, at secundi atq; eius domini, tempore reditus.

Morbus qui cœpit, cum Luna fuerit in eo signo, quod malefica aliqua tenuit in genitura, siue in quadrangulo aut diametro eius, grauissimus futurus est. Si autem malefica respicit, periculosus. Sin in loco ubi genituræ tempore benefica fuerit, sine periculo erit.

Maleficas gentis figuras contrariæ temporum figuratio nes intendunt.

Noxium est, cum ægri ascendens genituræ ipsius figuris re fragatur, neq; ad beneficum aliquem tempus peruenerit.

Quisquis genituræ suæ dominatores aut ascendens in signis humanis nō habet, ab humanitate alienus, etiā sibi ipsi erit.

Magnæ in genituris foelicitates conferuntur tum à stellis fixis, tum ab interluniorum cardinibus, tum à locis partis fortunæ regni, cum horoscopus in eis repertus fuerit.

In genitura cum malefica in locum beneficæ in alterius genitura incidit, is qui beneficam habet, ab eo qui habet maleficam, detrimento afficietur.

Quando culmen domini, hoc est, principis fuerit horosco-  
pus

pus subiecti, aut dominatores beneuola configurabuntur figura, diu inseparabiles permanebunt. Idem est cum sextus locus ferui inuentus fuerit horoscopus principis.

Cum ascendens subiecti fuerit culmen in genitura domini, tantam subiecto illi fidem dominus adhibebit, ut ei ab illo imperetur.

Ne prætermittas centum & decem nouem coniunctiones In his enim posita est cognitio eorū quæ sunt in mundo & generationis & corruptionis.

In quo signo Luna est genituræ tempore, illud in cōceptu fac ascendens, & in quo signo inuenta fuit in conceptu, illud aut eius oppositum fac ascendens in partu.

Domini genituræ hominum proceræ staturæ in sublimitatibus sunt, & ipsorum horoscopi in signorum principijs. Eorū uero qui sunt breuis staturæ, in humilitatibus inueniuntur. Ad hæc inquirito signa ne recta an obliqua sint?

Domini genituræ macilentorum hominum, latitudinem non habent, pinguium autem habent. Quod si latitudo australis est, agiles erunt, sint borealis, inagiles.

Dominatores in ædificationibus ubi copulantur stellæ subterraneæ, ædificij erectionem impediunt.

Martis aduersus naues noxia uis imminuitur, cum neq; in cæli medio, neq; in undecimo est loco, in his enim locis nauem corrumpit, prædonibus per uim occupantibus. Incendetur autem nauis, si ascendens ab aliqua stella fixa quæ ex Martis mixtura sit, affligetur.

Cum Luna est in primo quadrangulo, hoc est ex quo à Solis coniunctione recessit, corporum humiditates ad secundum usq; effluunt, in reliquis autem decrescunt.

Cum septimum locum atq; eius dominū in ægritudine afflictum uideris, medicum mutato.

Coniunctionis locum, quo in loco ab anni ascendente est, inspicere, siquidem cum profectio illuc peruenerit, tunc euentus erit.



De absente quod occiderit ne pronunciato antequam uidearis, an temulentus factus sit, neque quod uulnus acceperit, antequam exquisieris, an sanguis ei missus fuerit; neque quod thesauros inuenerit, priusquam scrutatus fueris, ne forte depositum acceperit, cum omnium figuræ similes sint. 60

Super aegrotis criticos dies inspice, ac Lunæ peragratiōem in angulis figuræ sexdecim laterum, ubi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti, contra male, si afflictos inueneris. 61

Luna significat ea quæ corporis sunt, ut quæ ei pro motu similia sunt. 62

Cum minutum coniunctionis principium facies, potes de mutatione aëris in mense illo iudicare, erit enim iudicium iuxta dominatorem anguli figuræ cuiusque, uincit enim hic aëris naturam, assumens in his etiam præsentis temporis qualitatem. 63

Cum Saturnus Iupiterque coniungantur, uter eorum sublimior sit uide, ac iuxta illius naturam pronunciato. Idem etiam in cæteris stellis facito. 64

Ubi sciscitationis dominatorem inspexeris, quam hic in anni conuersione seu in ascendente nouilunij potestatem habet inspicere, ac secundum hæc pronuncia. 65

In minima coniunctione, differentia mediæ coniunctionis, & in mediâ maxime coniunctionis differentia. 66

Sola profectiōe neutare, sed etiam attributionibus & adæptionibus stellarum. 67

Diminuuntur anni ob excipientis imbecillitatem. 68

Malefica cum matutina est, casum, uespertina uero morbum significat. 69

Erit in uisu nati uitium cum Luna Soli aduersa est, ac nebulis stellis coniungitur. Item cum Luna est in occiduo cardine, ambæque maleficæ stellæ in cardine orienti, Sol quoque cardinalis est, natus ipse oculis capiatur. 70

In furentibus Luna Mercurio non copulatur, neuterque ascendenti in dæmoniâcis, in hac figura Saturnus quidē noctu, Mars autem

autem interdū cardinem tenebit, maximeque in Cancro, Virgine, ac Piscibus. 71

In mariū genituris cum utrunque luminare in signis fuerit masculinis, actiones eorum secundum naturam erunt. In genituris uero mulierum, actiones ipsæ intenduntur. Idem de Marte, Venereque, matutini namque mascullescunt, uespertini feminescunt. 72

Quæ sunt educationis, à dominis triangularitatis ascendētis capito. Quæ uitæ, à dominis triangularitatis luminaris conditionarij. 73

Sol ubi repertus fuerit cum capite Gorgonis, si neque aspiciatur à benefica stella, neque benefica octauo loco præest, dominusque conditionarij luminaris Marti opponitur, aut eum è quadrangulo percutit, ei qui natus, caput truncabitur. Quod si luminare culminabit, corpus eius sauciabitur. Sin copulatio à Geminis aut à Piscibus fuerit, manus ac pedes eius amputantur. 74

Quicumque Martem ascendentem habet, omnino cicatricem in facie habebit. 75

Cum Sol ascendētis domino coniungitur in Leone, nec Mars aliquam in ascendente prærogatiuam habet, nec benefica in octauo loco est, qui natus est exuret. 76

Cum Saturnus cœli medium tenet, opponiturque ei conditionarium luminare, ac terrenum signum est in imo, qui natus est ædificiorum ruina interibit. Quod si humidum signum est, aquis suffocabitur. Si uero humanum, ab hominibus strangulabitur, aut laqueo flagellisue peribit. Verum si benefica octauo in loco est, propior his erit, non tamen morietur. 77

Ascendentis profectiōem pro ijs quæ corporis sunt facito, partis fortunæ pro ijs quæ sunt externa, Lunæ pro corporis animæque connexionem, medium cœli pro actionibus. 78

Exercet sæpe uires stella quo in loco nullas habet uires, lucrū inexpectatum nato afferens. 79

Mars cum in undecimo est loco, qui hunc sic habet, domino suo non

suo non dominatur.

Cum Venus Saturno coniungitur, habetq; hospitatorem alii quem in loco septimo, qui natus est sordidi coitus erit.

Tempora modis septemprehenduntur, ab interuallo duorum dominatorum, ab interuallo configurationum inter se, ab accessu alterius ad alterum, ab interuallo inter se alterius ipsorum, et loci rem quæsitam significantis, ab occasu stellæ cū additione atq; ademptione, & à mutatione dominatoris, & ab accessu planetæ in locum suum.

Cum figuræ æquales erunt nouilunij aut plenilunij, horoscopus inspice, quæ si etiam æqualis fuerit, ad ferendam sententiam ne properes.

Tempus impetrationis inter impetratorem ac regem affectionem indicat. Cathedra autem indicat ea quæ actionis sunt.

Mars cum est ascendens dominus tempore captæ possessionis, præestq; secundo loco, aut copulatur domino secundi, multum damnum afferet.

Cum ascendens dominus secundi loci domino configurabitur, sponte princeps multas impensas faciet.

Sol est fons uitalis potentiae, Luna naturalis.

Mensium conuersiones fiunt ex diebus uiginti octo, horis duabus, ac minutis circiter decem & octo. Quidam autem à peragratiōe Solis iudicant, cum partiliter ex æquatus est gradui ac minuto quod in initio obtinet.

Cum partis fortunæ profectionem in toto reuolutionis anno facere uolumus, à Sole in Lunam, ac tantundem ab ascendente capimus.

Quæ sunt aui septimo à loco, quæ aut patru, à sexto uide.

Cum dominator ascendens uiderit, res quæ occulta est secundum ascendens naturam erit, quod si non uidet illud, erit secundum naturam loci in quo ipse est dominator. Et horæ quidem dominus colorem eius, Luna uero locus tempus demonstrat, eritq; res noua, si supra terram, sin sub terram, uetus. Fortunæ pars quantitatem eius, longane an breuis sit demonstrat.

Dominus

Dominus finium, imi ac medijs cœli, item Lunæ, substantiam eius demonstrat.

Malum signum est, cum ægroti dominator combustus est, maxime si fortunæ pars affligitur.

Saturnus orientalis non adeo nocet ægro, sicuti nec Mars occiduus.

Ex figuris non ante iudicabis, quam coniunctionem feceris. Principia enim in unaquaq; coniunctione transmutantur, quo circa ambas misceto, nec errabis.

Locus potentioris ex dominatoribus, ea quæ in cogitatione sciscitantis sunt, indicat.

Quæ cum singulis oriuntur decurijs, ea nati uoluntatem ad artem quam tractat comprobant.

Significantia eclipsis decreta sunt eius quæ propius cardines. Considera etiam naturam stellarum simul consistentium tum erraticarum, tum fixarum, ac etiam simulacra coorientia, & secundum hæc pronuncia.

Res de qua est sciscitatio, breui perficitur, cum nouilunij seu plenilunij dominus cardinalis est.

Traiectiones atq; crinitæ secundas partes in iudicijs ferunt.

Traiectiones aeris siccitatem indicant, quæ si ad unam partem feruntur, ab angulo illo uentum indicant. Sin in diuersas feruntur partes, aquarum imminutiones, aeris turbationes, & exercituum incurfiones indicant.

Cometæ quorum intercapedo est undecim signorum à Sole, si apparuerint in cardinibus, regni alicuius rex, aut ex principibus regni aliquis morietur. Sin in loco succedente, bene se habebunt quæ thesauri eius sunt, suum tamen gubernatorem mutabit. Quod si in loco declinante, morbi ac repentinæ mortes erunt. At si ab occasu mouentur ad ortum, externus hostis regiones incurfabit, sin non mouentur prouincialis hostis erit.

FINIS.

I Lecto

## LECTORIBVS IOACHI.



**C**UM Ptolemæi librum iudiciorum prælo subieciffemus, qui traductus in multa exempla studiosis communicaretur, animus quidem fuit summa cū cura & uigilantia adesse huic operi. Sed quæ ferè est fortunæ meæ uarietas, illo potiff. tempore non solum plurimis sed maximis inopinatis quibusdam etiam difficilibus negotiis circumuenti, non potuimus ut uolueramus, elaborationi huic præsto esse diligentia & assiduitate nostra, quod igitur prox. esset, quæ non tam à nobis quàm ipso tempore peccata essent orta corrigere studuimus, subiectis hoc loco inter annotatiunculas nostras emendationibus erratorum quæ inter excudendum admissa essent. Qua in re etsi uobis tædium obiectum iri uideo, tamen confido ueniam libenter duros uos esse, non negligentia meæ sed necessitati, cui dum seruió, ab hac quasi curatione studiorum uestrorum discedendum mihi paulisper fuit. Quicquid etiam hoc sit compensari nostra sedulitate facile pati debetis.

Folio secundo dorso, uersu 18. inueniri annotatur, & πρῶτα πρῶτοις, uersu 25. δὴ ἄνωγει leges, uersu 30. rectius fuerit, ut opinor ἄνωγει μὲν τῶν κίτων

Fol. 5. uers. 8. à fine sic alicubi scriptum inuenitur, Ἄλλο δὲ μάλλον εἶναι θεμελιώδης ἄνω τῶν ἄνωγει μὲν τῶν σφαιρῶν, τον.

Fol. 6. uers. 8. à fine & σωόδου legi alibi annotatur, Similiter uersu 4. D. uers. 15. inuenitur additum καὶ ἡρέμα τῶ ἥ. uers. 16. pro ἥ. ζ. inuenitur, uersu 17. post τῆ τῶ ἥ uel hæc uel huiusmodi quæpiam desiderantur, οἷοι λοιποὶ ἐμὲ ὄντες, τῆ τῶ ἥ καὶ ἡρέμα τῆ τῶ ζ. οἷοι εἰ ἄλλοις τοῖς κίραδὶ τῆ τῶ ἥ, postea aliquoties pro ἄνωγων apparet legendum ἄνωγων.

Fol. 7. uersu 15. οἷοι εἰ πῆρυξι, ueram lectionem hanc esse puto εἰ τοῖς ἐφαπέρσις τῶ νότω, uersu 23. scribitur & ἱματίω, d. uersu 1. scribitur ἥ. uersu 20. hæc ut opinor desunt, οἷοι εἰ ἥ πῶ τῶ κίμωνος λαμπρῶς τῶ τῶ ζ. καὶ ἡρέμα τῶ τῶ ἥ.

Fol.

Fol. 8. uersu ultimo scribitur & τῶ Ὀ μεθυστοῦτος & διὰ τῶν legendum.

Fol. 9. uersu 15. temere incuria quæ librarij repetitum est καὶ πῶ τῶ πρῶτων. Nisi quis ita accipiat, ut quia esset scriptum δῶτων, errarit librarius, fecerit quæ illud pro δῶτων. Etsi autem non lubet hoc uerum putare, tamen reiicere profum non est uisum, cum certum sit duos trientes dimetientes constituere triquetram figuram, bis enim 60 absoluunt 120. Sed 60. triens sunt 180 quibus dimetiens perficitur.

Fol. 10. d. uersu 9. deest ξηραυτική uel καυσική.

Fol. 11. uersu 21. haud dubie C non ἥ legendum, d. uers. 22. tollatur stellula temere ingesta.

Fol. 12. d. uers. 3. legitur & διαίρειν. Character Ὀ nihil ad rem facit hoc loco, fortasse rectum fuerit ὡς μοιᾶ μοι. uersu 14. Nocturnus ζ numerus esse debet ξς'. Atque ita quod sequitur legendum καὶ οὐ τῶ γιν. conuenit enim, etsi Trans. Sarr. nõ curauit.

Fol. 13. ubi stellula cernitur in textu, interponi etiam annotatur εἶχε μὲν ἔχουσι πτες δὴς λογῶ. Finium autem tabellam in græco uarie mendose quæ descriptam fuisse crebitras stellarum significare uult. Hanc de traductione nostra poterit aliquis corrigere.

## EX LIBRO SECVNDO.

Folio 16. uersu 11. pro ζ, haud dubie ζ leg.

Fol. 17. uers. 11. à fine quæratatur gentile cognomentum τῶ ἥ. d. uersu. 7. scribitur pro πρῶτα τῶ δὲ σαφραπείας.

Fol. 19. uersu 12. inuenitur & γεννήματα. Eodem in fine huius capituli legitur & περὶ ἀγγελοῖς pro περὶ κεμελοῖς. Et deest nuda expositio cuius mentio fit talis.

Ἦ ἐστὶ βρεθάνια, γαλατῖα, γόρμανια, βασιρῖα, καί λυ σερῖα, παλαισῖνη, ἰδουμαῖα, ἰουδαῖα.

Ἦ πρῶτα, μηδικῆ, πέρσις, κυκλάδες ἰῶσοι, κῦ πρῶσ νῆπσο, πρῶτα λια τῶ μινράς ἰσῖα.

I 2

II ὑγκανίας

- Π ὑρακνία, αρμονία, μαθησιάνη, κυρηναϊκή, μῦθραινη, ἢ καὶ τὰ χεῖρα τῆς αἰγυπίου.
- Ϟ νουμδία, καρχιδονία, ἀφρικὴ, εἰθνία, φρυγία, κολχίς.
- Ω ἰταλία, γαλλία, σικελία, ἀπουλία, φοινίκη, χαλδαϊκή, ορχηνία.
- πρ μέσσοπομία, βαβυλωνία, ἀσσυρία, ἐλλάς, ἀρχαία, κρήτη.
- Ϟ βακτεριανή, κασσηρία, σερικὴ, θηβαϊς, ὄασις, φωγλοδυτικὴ.
- ω μεταρηνίτις, μαωριτανία, γαιτουλία, συρία, κομμαγηνή, κατὰ παιδικία.
- τυρσηνία κελπηκὴ, ἰσπανία καὶ ἀραβία ἢ ὠδαίμων.
- γ ἰνδικὴ, ἀρξίανη, γερσοσία, θρακὴ μακεδονία, ἰλλυρία.
- Ϟ σαυρωματικὴ, ἑξείνη, σαρδία, ἀραβία, ἄζανία μέση αἰθιοπία.
- Χ φασανία, νασαμωνίτις, γαραμαντικὴ, λυδία, κιλικία, παμφυλιανία.

Fol. 20. uer. 12. à f. scribitur & οἱ δὲ τῶ μεσημβ.

Fol. 21. d. uer. 10. lege κατὰ λαμβανεται, ὅ τῆς. uer. 12. αἱ τοι. uer. 13. τῶν οἰκιστῶν. uer. 15. πωλιωμένων. uer. 17. post καὶ δὲ punctus deletur.

Fol. 22. uer. 5. lege, κακοῦται. uer. 13. ad marginem signetur 4. uer. 25. assignatur θῖ. ultimo uersu lege κερωνδόν. Eodē dorso uersu 4. ἀνθρώπων. uer. 14. θρηπικωτόπων. uer. 22. ἐφόδων ἐπιθετικῶς. uer. 4. à fine, τῆς δὲ τούτων.

Fol. 23. uer. 4. lege ἐκ τῶν κερωνωνικῶν. uer. 8. ἕδης. uer. 18. legendum ἢ τὸ τῆς ἀνθρώπων ἀίρεσεως καὶ θυπιδότου. uer. 3. à fine non ἀλλων sed ἀλλων legendum. In dorso uer. 5. lege μέρθη, καὶ ὁ ἀνὴρ ἢ. uer. 6. à fine μόνος ἀνὴρ. 2. ὡς ἰδί μῆς ἀρ.

Fol. 24. uer. 4. punctum post νυκτος deletur. uer. 5. lege πλεῖστον εἰς ν. uer. 23. ἁμαρτισμοὶ δεκ. Eodem ἐκασον δωδε. uer. 4. à fine ὁμοίως κρῆ. Dorso uer. 11. lege κινητικὴ ὅ ἀπαντα. uer. 21. notetur locus, nam translatores Sarracenos non ἀνιμα sed ἐνιμα legisse apparet. Quemadmodum & uer. 6. à fine,

Fol. 25. uer. 22. lege ἀστέρων φύ. Dorso uer. 1. τῶν ἁστων. ἐπὶ δὲ ὁ τὸ πλάτος τῆς βλαβῶν πρὸς. uer. 9. post ἰσοσταμοῦς punctum tollatur. uersu 11. ἀκρολύθως τῆ φύ. uersu 22. φροπῶν legendum non τοπικῶ. Ioannis quoq; de Regiomōte manu ascriptū erat. uersu 23. ἡ τὰ αὐ. 24. κατὰ λαμβ.

Fol.

Fol. 26. uersu 22. lege ἀστων. uer. 6. à fine πλεῖστος σωεργυς ὄν. dorso, includuntur quaedam stellulis ideo quod translatio Sarracenicā non habeat, & erant sanè in codice nostro ascripta in margine. In his uersu 3. lege πνδύσειν σιμ. uer. 5. τούτων μείζ. uer. 12. χεμῶ. uer. 14. ἰδιόχρονοι notetur quod Sarrac. translator uideatur ἰδιόχροιοι legisse. Eodem δηλοῦσι. uer. 15. ἀποτελ.

EX LIBRO TERTIO.

Fol. 27. uersu 5. lege κατὰ γρατεῖν δω. uersu. 11. φροπῆς. 12. κατὰ. uersu 15. ἀφ' ὧν punctus deletur. uersu 11 à fine τὸν πῶν. uer. 8. ἐκόπως. uer. 3. notet γυνέσεων, qd indicetur in græco codice inueniri & ἔξεων. Dorso uersu 14. ἀ μὴ πρὸς. uersu 15. αὐτὰ τὲ τὰ ἰδ. uersu. 16. ἑματώδης ἁ. uersu 21. δηλοῦσιν ἐν. uersu 27. notetur συγκριτικόν, quia alicubi συγκριτικόν inueniatur. eodem lege πλεῖστων.

Fol. 28. in titulo lege ὠροσκοπώσης. uers. 12 à fine uera lectio sine dubio est, quæ & annotata fuerat in margine græci codicis, γινωσκόντων pro γινωσκόντων. uersu 10. ἁρων ἀπ. uersu 3. scribatur punctus post ὄντων. dorso uersu. 2 legendum puto ἢ ἢ πῶν τα ὄζητ. uersu 8. lege ἐκ τῶν μωρ.

Fol. 29. uer. 4. lege ἁλῶν. uersu 9. ἐπισκεπτόμ. dorso, uersu 8. lege αὐτῶν ἐπισκ. uersu 11. τὸν μὲν. uersu 15. τὸ οἰκίον ἐκατ. uersu 18. νωνται δίακ. 22. κληρ.

Fol. 30. uersu 2. ἢ punctum eodem scribatur medium post πλεῖστων, & deletur. uer. 3. post κλίνοντες. Eodemq; legatur κῶντων ἀσ. uersu 5. post πρὸς τῆς, deletur punctum. uer. 13. à fine haud dubie legendum ἀποκρουστικῶ, & paulo post τῶ δὲ βλαβῶν, non β sed γ. Dorso uersu 11. οἰκία, & 12. ἐάσεις, & 13. ἀνὰ γη. In titulo πῶν.

Fol. 31. uersu 6. lege ἀρροῦσ. uer. 5. à fine ἀστέρων. dorso uer. 16. lege ἕως δὲ δηλ.

Fol. 32. lege ἐπισκοπεῖν. uer. 8. ἀνθρώπων ἐς. uersu 9. à fine punctum medium ponatur ante δφυσῆς. uersu 3. post ζωῆς deletur punctum

1 3 punctum

punctum, dorso uersu 11. ἡ ἐπιτροπὴ τῶν φώτων ἢ Ἐμφ. uer. 22. lege ἡσμεθα.

Fol. 33. uer. 7. ἄ f. μεσουρανήμοι non μεσουρανήματος legendū manifestū est, ut dor. uer. 4. ἀφίταις non πωσ. in doctrina de P. F. ubi stellula inserta est ppter ingruentiā facile animaduertitur uel de esse aliquid, uel uerba illa de stellula usq; ad id qd sequitur ἴσως δεχθῆ, temere implicata fuisse de alicuius interpretatione in contextum, neq; Sarracenicis transfulerunt. uer. 10. ἄ f. lege ἀριθμῶν.

Fol. 34. uer. 12. ἄ f. apparet legendū Ἐκ ἀναιρεθῆ. uer. 11. lege ἐκείνου τῶς. dor. uer. 4. ἀφίσεις haud dubie uera lectio fuerit. uersu 7. ἄ fine, lege ἀπολλῶ, & deinceps pro γὰρ etiam τούτου inueniri sciendum. uersu 3. lege διδραχμῶν.

Fol. 35. uer. 16. scribit & ὡπως δ' αὖ. dor. uer. 4. le. ποιῆ τῆ πῆσιν.

Fol. 36. uer. 1. le. χρόνου ἔς ἀφ. uer. 3. ubi stellula est, apparet aliter legisse Sarrac. uer. 3. ἄ f. π' ὅσον αὖ legi possit, fortasse rectius ὅσον δ' αὖ. dor. uer. 5. in transl. Sarr. est ΧΙΙΙΙΙ. ut uideri possit positum esse in græco α. pro δ. uer. 12. & 13. annotatum Regiomontani manu erat legendū κλημακτικῶς, et κλημακτικῶς. uersu 4. ἄ fine pro τῶπον & λόγον inuenitur.

Fol. 37. ultimo uer. ἀχρμότρον. & supra uer. 17. π μελ' ἄχρῶν & μελίχρῶν inueniri annotatur. dor. uer. 3. le. τῶς μεγέθ. uersu 5. haud dubie est κοιλοφθάλμωσ, & uersu 6. malim αἰγίλας, et si Pontanum illud alterum probasse uideo.

Fol. 38. uer. 10. ἄ fine καὶ αἰ ἀς. dorso. uer. 12. ἄ fine lege ἀφθαλμῶν. uer. 4. dubitari queat an ἐμβροποκίαις legi debeat.

Fol. 39. uer. 14. ἂν καμπῶν, annotatur in græco codice & καμπήιον, sed illud germanū est, significatq; flexuras ac nodos q̄ cauda ac caput draconis plane tarum nunc nominantur. Ipsius autem C nodus, id est, caput ac cauda αὐδῆσμοι dicuntur. dorso uer. legit et ἐχαρῶν. uer. 4. ἄ fine legitur etiam πῆσιν τῶς.

Fol. 40. uer. 16. lege ψυχῶς. dor. uer. 21. πῶς τὸ καλῶς δῆλως, uer. 12. lectio πῶς ἢ κακῶς.

Fol. 41. dorso. uersu 2. ἀνακτικῶς; lege.

Fol. 42. uersu ἄ fine 6. lege ἐπιμονῶς.

Fol. 43. uer. 11. le. ἐπιμονῶς.

Fol.

Fol. 44. uersu 1. lege ἡρέωνω μῆος ἢ.

EX LIBRO QVARTO.

Fol. 45. uer. 15. ἄ si. uidetur non minus recte τῶπον legi posse. uer. 10. οἰκείος le. dor. uer. 15. quæ omīssa sunt in textu, addes & ita leges, καὶ ἐπὶ μάλλον ἐν δαμάκων, ἐὰν οἱ δορυφοροῦντες ἀστῆρες, δεξοί τῶς ἔσθ' ἦν κέντροις συνημοτίωνται. uersu 10. ἄ fine, fortasse πεκρωγῶν legendum.

Fol. 46. uer. 4. fortasse ἔσθ' πεκρωγῶν legendum. uersu 15. lege ἢ τὸν ἂν τῶ μεσου. uersu ultimo ἀναστροφῶς iudico legendum, & dorso uersu 8. προαγωγῶς.

Fol. 48. uer. 13. lege ὀρέας. Nisi quis malit ὄρεω iuxta grammaticorū traditionē μελῶς pro cura & solitudine, unda & ὀλιπρωγῶν deducūt. uer. 11. ἄ si. πῆσιν τῶν lege, & 10. αἰγίλα. dor. uer. 17. sic nisi fallor legendum ἢ καδὸλα δε ποιότητι ἦν α πῆσιν τῶ ἀφροδ. uersu 20. μετὰ κρόνον δε μάνω lege.

Fol. 49. dorso. uersu 13 lege δεδέντες θιλαδ. uer. 10. ἄ fine lege ἢ ἐπῶσι.

Fol. 50. uer. 11. lege ἀσφαλ. uer. 12. ἄ fine αἰ τῶ τῆς ἐπέρας γένεως ἀστῆρων, post hæc aliquid omīssum est quo sententia perficeretur, nempe tale quiddā, ἀφίσεις ἐπιφῆρων τῶς τῆς ἐπέρας τῶ τῶς. dor. uer. 6. ἄ fine ἀποκακτικῶς lege, & superius 7. δυνῶν.

Fol. 51. uer. 2. deest uel ἐπανόδιω βραδείας uel ναχλείας τῶ ἐπανόδιον, uel simile quiddam.

Fol. 52. uer. 1. lege τῶ ξῖν. dorso uer. 12. fortasse defuerit αἰ τῶ, sicut postea. uersu 16. ἔσθ' ἦν ὄντος, uel αἰ τῶ ἔσθ' ἦν ἡμῶσφωρῶ ὄντος.

Folio 53. dorso uersu 1. legendum ἔσθ' διαφθ. & uersu 15. fortasse πῆσιν κηρῶν.

Hæc in summa properatione & cura diuersarum rerū quasi in procinctu pro fide & diligentia nostra annotauimus, quæ si tu dios ut confido non aspernabuntur, & alia si qua libraria errata offenderint, ipsi comiter emendabunt.

FINIS,

Annotationes

# ANNOTATIVN

CVLAE IOACHIMI CAMERARII IN CON.

uersos à se duos libros priores Iudiciorū Ptolemæi.



**I**TSI in conuersionibus rationem reddere non solo facti nostri, tamen in hoc opere, quod explicanda quaedam duxissem, uisum est interdum admiscere translationis nostræ, quasi interpretationem quãdam. Vtilitatem autem hæc allatura esse confido non solum huius disciplinæ sed etiam Græcæ in uniuersum linguæ studiosis.

Folio 1. Alio libro expli. πῶ μὲν αὖτις σὺν σημαίνει, ubi cursus motusq; siderum explicantur.

Circumfusum ac circumdās cælum, & alicubi aërem fecimus de græca uoce τὸ περιέχοντος, quo significatur illæ ambitus orbis cælestis cui terra marēq; includuntur.

Folio 2. Medio tempore. Intelligendæ sunt illæ quas uulgo nunc uocant quadraturas. Græcis à Lunæ facie διχοτόμοι dicuntur, quasi enim tum secta per medium, id est, dimidiato orbe apparet. Hoc autem accidit in quadrata configuratione illius cum ☉.

Aut aliqua in declinatione. Hoc loco accipienda discessio stellæ à Luna ecliptica uersus Septentr. aut Meridiem, quæ latitudines illarum dicuntur. Hoc enim cum accidit ad Septentrionales Australesue conuertere se uidentur, & ad illos quasi inclinari, quæ uox est περιουθενσις.

Quæ in rebus subiectis. Græce est κατὰ τὸ ἑσπερίων, id est, earum rerum quibus de agitur ut hoc loco ☉. ☾ stellarū. Neq; enim necesse est Physica disputatione illorum naturas explicatas tenere, sed in præsentia satis est cognitio effectuum.

Folio 3. Ad quam nulla accedit causâ, Solam ualere obseruare

seruationem stellarū in explorando statu aeris dicit, neq; quicquam esse aliud causâ, cur tempestates aliæ fieri atq; aliæ uideantur, cum genetliaca de plurimis duci soleant. Nulla igitur in hac inquit parte, alia ratio deprehenditur præuisionum, quam illa quæ ducitur à cognitione cælestium motuum.

Folio 6. Humores quatuor χυμοὶ dixit. Intelliguntur autem quatuor elementares naturæ animantium ex quibus corpora concreta sunt. Quæq; sanè ab eo quo plurimum abundat, nam quomodo dixeris humorem aridum? Tanta enim sentiri nō potest sinceritas quanta cogitatione constituitur initalium istarum naturarum, id est τῶν ἀρῶν. Cæterum propter uim & efficaciam φησικὸν uisificum, propterq; debilitatem & mollitiam ταθητικὸν detrimentosum fecimus.

Ac masculere. hoc loco obseruandæ sunt græcæ uoces, quibus diuersæ res significantur confusæ una latina orientalitis & occidentalitis. Nam trifariam hæc ab illis explicentur, primum ἀνατολικὸν, cui opponitur δυτικὸν, emersionem siue exortū & occultationem seu occasum stellæ significat. ἀπὸ λωπικὸν uero & λιβυκὸν orientale est ac occidētale, quod efficitur de finito re, ut in themate facile apparet. ἑσπέρων atq; ἑσπερίων matutinū & uespertinum qui est respectus et habitus stellæ erga ☉.

Fol. Oriuntur de nocte, ἀκρόνυκτος ἀνατολή, Quando stellatum oritur cum sol occidit, ἀκρόν enim summū seu extremū significat. Pontanus tamen ortum hunc mediæ nocti attribuit.

At uergiliæ. Jam annotauimus pro ♂ inueniri ♃ quorum uerum sit expendendum relinquimus in medio. Sarracenicæ quidem translatio ♂. Pontanus ♃ legit.

Hoc loco etiā quæ annotauimus supra addi huiusmodi fuerint. Cæteræ quæ ibi reperiuntur Saturniæ & aliqua ex parte Mercuriales, Cacumnia cornuum Martia sunt.

In Cæcri oculis. Sarracenicæ translatio pedibus & alibi ita inuenio, itaq; Pontanus fecit, etsi uidetur considerandum mihi Ptol. tradiderit uniuersum ortum cancri.

Quæ sunt in nexibus dorsū. In græcorum alibi & Pontani

γ

\*

σ

ω

m scriptis

scriptis sunt hæ stellæ Saturniæ & mercuriales, Sarrac. tamen transl. ♀ habet

☿ Folio 8. In ueste. Sed si *χρῆμα* quis uerum esse putet, interpretatio fuerit, effusionis, ut intelligatur stellæ quæ sunt *πῆς υἱά λ πῆς*, id est, urnæ, qua uidetur aqua profundi. Hoc legisse Transl. Sarrac. illud Pontanus uidetur.


✕ Quæ sunt in corpore & spina. Non Martiæ sed Iotiales, ut legendum putem facit consentiens scriptura, Græcorum, Pontani, Sarrac. translationis.

Draconis splēdidæ. Iouiales etiam has esse stellas neq; Pontanus tradit neq; translatio Sarrac. docet. Cirus ille in capulo ensis. Hunc facit Pontanus Martium tantum.

Post sidus canis deest procyon, ut annotauimus, illorū hæc fuerit interpretatio. Lucida stella in sidere quod ante canem oritur, Mercurialis & aliqua ex parte Martia est.

Cētauri humanæ figuræ non Veneriæ & Mercuriales stellas, sed ♀ & ♂ Pontanus & Sarrac. transl. facit. Itemq; Aræ ♀ & ♂ non h̄,

Aestas, Austri. Actas secunda.



De anni temporibus & quatuor angulorum natura.

Angulos nūc uocat quatuor plagas cæli, de quibus ratio ducitur quatuor discriminū temporalium, quæ Græcis sunt *ἄρα*. Itēq; quatuor ad illas rates accommodantur, in quas nūc genera

Ver. Ethonius. Actas prima

nerali quadam partitione humanam uitam diuidit, quæ ut facile intelligi possent ita expressa subiēcimus.

Folio 9. Tropica sunt duo Solstitium in lingua latina *ἡμερῶν θερινῶν* significat. Bruma *τῶν χειμερινῶν*. Sed nos ad uulgarem modum fecimus. Solsticium æstiuum ac hibernum. Latitudinem autem Solis declinationem ab æquinoctiali hoc loco accipiemus, cum de ecliptica non recedat. In primo enim puncto  $\phi$  longiss. abest ab æquinoctiali in septentrionali plaga, in  $\psi$  primo puncto in australi.

Firma quidem. *σερεα* solida, firma uel sanè, ut uulgo uocantur fixa. Bicipora nunc communia dicuntur.

Folio 10. Lunari circulo. Video hæc non solum à Sarracenis sed etiam latinis quibusdam ita exponi, quasi referenda sint ad thema, ut exempli causa genes eos. Volunt enim haberi pro signo tropico quod mobile nunc uocant, illud in quo  $\zeta$  reperta fuerit, atq; inde numerari communia ac fixa. Sed mihi uidetur generalius esse hoc accipiendum. Nam cum totū circulum zodiaci ueteres, ut paulo post dicif, in duos semicirculos distinxerint, & unum solarem à  $\delta$  ad  $\psi$ , alterum lunarem ab  $\omega$  ad  $\epsilon$  esse uoluerint. Cumq; sint duo signa tropica in parte lunaris circuli tropicorum fecisse initium quosdam docet, ut eos qui  $\psi$ . principem esse in circulo uoluerit qui est tropicus, Quod nos tamen ut expendendum proponimus.

De configurationibus duodecim locorum.

Duodecim in loca, id est, quasi uncias diuiditur as circuli signiferi, quæ sunt Græcis *δωδεκατημόρια*. Cum autē sub hoc circulo Sol, Luna, & quinque errantes stellæ suum iter gradiantur, absentes ipsarum inter se de his configurationibus animaduerti solent. Græcis sunt *σοσχηματισμοί*.

Portiones conuenientes, *δὲ συμφωνίας*. Nam referri solent ad Harmonicam hæc rationem, ut sit dimetientis ad quadratam figuram dupla ratio, quæ est *δὲ πᾶσῶν*. In quadrata &



sexangula sesquitertia, quæ est  $\Delta\beta$   $\pi\alpha\sigma\tau\acute{\iota}\epsilon\rho\omega\nu$ . In triquatra & quadrangula sesquipla seu sesquialtera, quæ est  $\delta\zeta$   $\pi\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon$ . Hæc uero & hanc totam disputationem in doctrina Ptolemæi breuitate obscuriorem illustrare nostris explicatiunculis & demonstratiombus geometricis animus fuerat, sed hoc efficere inopinata decessionis obiecta necessitate, nō potuimus, præsertim cum inter illā innumeris curis, rebus, occupationibus, distraheremur, Sed si Deus uolet, non soluta, non decident hæc studiosis, sed maturefcent apud nos.

Folio 10. dorso. Singulos angulos complectuntur. Hoc ita intelligi poterit, si constituatur ob oculos figura quadrangula. Ea de quo uis signo ducitur in quartum proximum, ita fit ut huius trientes sint signa singula, iam si lineas duas duxeris, unam exempli gratia ab initio  $\nu$ , & alteram ab initio  $\delta$ , in centrum, nimirum cernes effici angulum unum trientem recti, qui est partium 30, hisq; unum signum absoluitur.

✓ De altitudinibus.

Notabis folij numerum, 12. & leges uersu 9, à fine augete, dorso uersu 8, à fine lege inconuenient.

✓ Iuxta Chaldaeos.

Folio 13. dorso uersu 12. lege unius non minus, uersu 16. lege partes 8.

Folio 14. dorso uersu 3. Ne cui imponat diuersitas notarum numeralium, sciat legendum partem alteram & dimidiā id partes duas semis. Nam de triginta partibus, hoc est, uno signo collegeris duodecim bis & dimidium illorum.

✓ De sua cuiuscq; stellæ persona & carpentis ac solijs.

$\iota\delta\iota\omega\pi\epsilon\sigma\omega\pi\acute{\epsilon}\nu$  exposuimus suam gerere personam, intelligendum autem

dam autem ualde peculiari in loco stellas hoc positu reperiri, & nisi fallor à Sarracenicis hæc stellarum dignitas parū recte traditur.

$\lambda\epsilon\mu\pi\acute{\iota}\nu\epsilon\omega$  carpenta regia fecimus, propterea quod solij fieret mentio. Neq; tamen pugna uero cum aliquo qui illustres in hac dignitate sua stellas dicere maluerit.

LIBER SECVNDVS.

Folio 16. Nam nostræ terræ quæ iacet in uno aquilonarū quadrante. Orbem terrarum globosum esse ita demonstratum putatur, ut iam qui dubitet aut diuersum statuere ausit, nemo reperitur. Sensisse etiam ueteres ipsum uocabulum indicat, sed nos cum orbem terrarum dicimus Græcam uocem  $\tau\acute{\iota}\varsigma$   $\omicron\iota\kappa\omega\nu$   $\mu\epsilon\lambda\acute{\iota}\nu\varsigma$   $\gamma\acute{\alpha}\iota\varsigma$  interpretamur. Qua certe in significatione illo complexo autores linguæ latinæ usi sunt, Neq; enim cum sic loquerentur, ut orbem dicerent terrarum, quo nihil est apud illos crebrius, antipodas qui uocantur, accipi etiam uolere. Huius igitur cultæ terræ, quatenus quidem Ptol. descripsit, unus est quadrans de uniuersa, et is quidem  $\beta\omicron\rho\delta\theta$ , id est, æquilonarū. Quod ut intelligi facile & absq; negotio possit animi ipsius cogitatione, nam demonstrationem Theonis quo minus adderemus obstitere totius huius opere nostræ corruptrices occupatiōes. Nunc igitur ut intelligi hoc possit, explicet aliquis consideratione sua duos maximos circulos in sphaera, Meridianum qui p. polos duci solet, & hunc dispescentem æquinoctialem, ita erunt propositæ lineæ 2, singulæ, partium 360. Quibus ita limitatis ut se per medium ad rectos angulos secent, erit undiq; à puncto sectionis numerus partium 180. quibus quater assumptis numerus conficitur partium 720. qui est collectus duorū illorū circularū quorū uterq; contineret partes 360. Ita erit igitur hic, 180. quadrās unus, qui est cum à Ptolemæo describitur  $\beta\omicron\rho\delta\theta$ , declinans quidē ad occasum, ut  $\iota\delta\upsilon\pi\mu\omicron\varsigma$  quoq; sit.

Fol. 17. uer. 5. le. à socio etiam  $\sigma$  propter Africum,

Folio 18. uersu à fine 6. Iuxta Saturni nomen spaciolum res linqui debuerat, cui inscriberetur reperta gentilis appellatio illius, nam in græco desiderabatur.

Folio 19. uersu 4. à fine, regni fugientes *αὐτοπόταιτοι*, id est, impatientes dominationis.

Folio 20. uersu 21. lege, Mediꝝ Aethiopes coniunctim, dorso lege X phasama est. Nas.

Folio 21. uersu ultimo lege, uolo autem.

Folio 22. Secundum nouem modos. Hac à Ptolemæo explicantur in compositione magna. Tres enim tradit esse habitus stellarum inerrantium, erga ☉ ortum, occasum, meridiationem. Et illorum quoque triplici ratione considerari, atque ita tribus tertium sumptis nouem illi modi absoluuntur.

Folio. 26. dorso, exæquati itineris lunaris. Id est, ad interlunaria ac plenilunia referendum. Ac *ἑξισοσθημῆς* quidem ☽ manifestum, cum in eodem tunc puncto utrumque lumen constituat. sed & in ♀, Tum enim quasi duabus lancibus in rectæ lineæ oppositis locis appendi uidentur.

Atque hætenus non quidem propositum fuit, sed omnino licuit in percriptione commentatiuncularum nostrarum progredi. Atque adeo uix difficulter hætenus peruenimus, in summa uexatione & negotiorum quasi quodam mari. Sed si hanc operam nostram gratam acceptamque studiosis fuisse cognouerimus, annitemur, ut alia quoque hoc tempore tanquam repressa itemque insuper alia noua in isto genere depromamus uisibus ipsorum.

*αὐτὰ ἀγῶν, ἢ αὐτὰ ἐν ἑξισοσθημῆς* FINIS.

# MATTHAEI GVA

RIMBERTI PARMENSIS DE RADIIIS,  
& aspectibus Planetarum.

## PROOEMIUM.



PER aspectus & radios planetarum & stellarum sciuntur accidentia & qualitates eorum, per directiones uero sciuntur & determinantur tempora, in quibus ipsa accidentia habent euenire. Quare sequitur quod si iudicaturus Astrologus horum scientiam non habuerit, uel per negligentiam omiserit, non poterit bene neque perfecte iudicare, neque accidentia futura prauidere, neque ipsorum tempora diffinire. Multi tamen propter laborem & desideria hoc prætermittunt. Est enim modus proijciendi aspectus, & radios & similiter opus dirigendi, ualde laboriosum & difficile, & multarum calculationum sicut apparebit inferius. Ad breuiorem igitur & expeditiorem modum dirigendi & proijciendi radios & aspectus, composui tabulas directionum & aspectuum, quas extraxi ex dictis Haliabben, tractatu 4. capitulo 7. de attazir, ubi dicit se composuisse tabulas dissoluendi nodos & exponendi aspectus, dans idem intelligere modum componendi prædictas tabulas. Composui autem cum declinatione zodiaci ab æquatore posita à modernis, quæ dicitur esse graduum 23. minut. 33. & secund. 30. & ad regionem cuius latitudo est gra. 45. p̄. esse. Possent tamen componi ad quamcumque aliam regionem, & ad quodcumque aliud clima, præcognitis ascensionibus circuli directi, & ascensionibus circuli regionis uel climatis cuius uolueris tabulam componere. Erunt autem 8. capitula huius tractatus in summa.

Primum capitulum. Quid sit directio, & quid sit dirigere, & de quibusdam proprietatibus seu conditionibus directionis, & quid

quid sit aspectus, & quid aspiceret, & quid sit aspectus & radios proijcere, & de causa sufficientiæ aspectuum.

Secundum capitulum. De diuersis opinionibus circa modos dirigendi & proijcendi radios & aspectus.

Tertium capitulum. De quibusdam præambulis satis ualidis ad intelligendū modos, directionum positos ab authoribus.

Quartum capitulum. De diuersis modis dirigendi & proijcendi radios & aspectus, positis ab autoribus, secundū diuersas eorū opiniones circa hoc, & de instrumento dirigendi, plano ab alijs inuento, & de instrumento nostro sphaerico ad idem maioris utilitatis & facillioris operationis.

Quintum capitulum. De forma tabularum nostrarum.

Sextum capitulum. De modo dirigendi per dictas tabulas.

Septimum capitulum. De modo inueniendi & proijcendi, seu extendendi radios & aspectus per predictas tabulas.

Octauum capitulum. De ampliori utilitate & sufficientia predictarum tabularum ad plura climata.

## CAPITVLVM PRIMVM.



**P**RIMO uideamus quid sit directio, & quid sit dirigere, & quid sit aspectus, seu radiatio, & quid sit aspiceret radios, & aspectus proijcere. Secundo uidebimus opiniones aliorum circa directiones & aspectus & modos operandi ipsorum. Tertio uero uidebimus de forma & compositione tabularum nostrarū, & de modo operandi per eas. Quantum igitur ad primum, dico quod directio nihil aliud est, quam arcus æquatoris reuolutus, siue transiens per circulum anterioris loci, donec locus sequens per motum firmamenti peruenerit ad eundem locum anterioris loci, sed dirigere nihil aliud est quam predictum arcum inuenire. Sciendum quod in directione considerantur duo loca, scilicet, locus dirigendus, & locus ad quem uolueris dirigere. Item sciendum est, quod duplex est directio, scilicet, directio directa, &

recta, & directio conuersa. Directio directa est, quæ fit secundum successionem signorum. Directio uero conuersa, est quæ fit contra successionem signorum. Ad propositum in directione directa locus anterior est locus significatoris dirigendi, & locus sequens, est locus ad quem fit directio: sed in directione conuersa è contrario. Locus anterior, est locus ad quem fit directio, & locus sequens est locus significatoris qui dirigitur. Et hoc quia in directione directa, locus ad quem fit directio, mouetur ad locum significatoris dirigendi, sed in directione conuersa fit è contrario, quia locus significatoris dirigendi, mouetur ad locum, ad quem fit directio. Item notandum quod secundum communē opinionē hilech & planetæ directi debent dirigi secundum successionem signorū. Partes uero & planetæ retrogradi debent dirigi cōtra successus signorū, & hoc quia partes & planetæ retrogradi mouentur contra successus signorum. Ptolemæus tamen 3. quadripartiti capitulo 11. uidetur uelle, quod significator dirigendus si fuerit in parte orientali, seu in parte ascendente, dirigi debet secundum ordinationem signorum solummodo: sed si fuerit in parte occidentali, seu in parte descendente, dirigi debet non solum secundum ordinationem signorū, sed etiā in cōtrarium ordinationis signorum. Dicit tamen Halialben. capitulo præallegato, quod alij sapientes non concordant in hoc. Item sciendum est, quod nisi Planeta, uel stella, ad quam fit directio, fuerit in una linea, uia, uel circumferētia cū significatore qui dirigitur, siue fuerit fortuna uel infortuna, non apparebit multum eius significatio in bono uel in malo. Et hoc quia licet ipse planeta obtinet locū significatoris secundum longitudinem, non obuiat ei secundum latitudinem. Si autem uolueris scire utrum hæc duo loca sint in eadem circumferētia, scias declinationē gradus significatoris, & eius partem, & similiter scias latitudinem significatoris, & eius partem. Et si ambæ fuerint in eadē parte, scilicet, septentrionali uel meridionali, aggrega eas simul: sed si fuerint in diuersis partibus, minue minorem de maiori, & habebis declinationem signatoris ab æquatore æquam, quæ erit

Septentrionalis uel Meridionalis, secundum quod fuerit prædictum aggregatum Septentrionale uel Meridionale, uel pars uincens. Similiter scias de loco uel Planeta, uel stella, ad quam fit directio, & habebis ipsius declinationem æquatam, & ipsius partem. Post hoc considera si amborum locorum declinationes æquatæ sunt æquales, & in eadem parte, quia tunc ambo, scilicet significator qui dirigitur, & Planeta uel stella, ad quam dirigitur, sunt & currunt in eadem circumferentia. Si uero ipsorum declinationes æquatæ fuerint inæquales, aut in diuersis partibus, non sunt, nec currunt in eadem circumferentia, sed in diuersis. Et scias quod si Planeta uel stella non habet latitudinem, sed est in ecliptica, tunc est & currit in circumferentia sui gradus, sed si habuerit latitudinem, tunc est & currit in circumferentia gradus, cuius declinatio est æqualis, & in eadem parte declinationis æquatæ ipsius Planetæ. Et si declinatio æquata planetæ uel stellæ non reperitur in tabula declinationis, scias quod ipse planeta uel stella, non est nec currit in circumferentia alicuius gradus zodiaci, quia eius declinatio æquata est maior quam tota declinatio zodiaci ab æquatore. Aspectus uero seu radiatio, est radiosa commixtio planetarum & stellarum ad inuicem à certis & determinatis locis circuli, seu cœli per quam influitur, & applicatur ipsorum uirtus unita ad certam & determinatam partem terræ. Aspiciere uero & radios proijcere, est planetam radios suos multiplicare et extendere ad certam & determinatam partem circuli, in qua si fuerit planeta uel stella, contingit eorum uirtutes uniri et commisceri, & ad terram applicari. Sciendum est autem quod sapientes antiqui assignauerunt solummodo quatuor aspectus, seu quatuor species aspectuum, uidelicet, aspectum oppositionis, trinum, quartum & sextilem. Est autem aspectus oppositionis qui attenditur penes lineam diametralem, subtensam arcui sex signorum, quæ sunt medietas circuli. Ita quod duo puncta terminantia dictam lineam dicuntur se aspiciere de oppositione, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum constituunt prædictam lineam diametralem, quarum utraq; constituit unum angulum

angulum rectum supra centrum cum alia diametro transeunte à puncto medio prædicti arcus per ipsum centrum. Aspectus uero trinus est qui attenditur penes lineam rectam subtensam arcui quatuor signorum, quæ sunt tertia pars circuli, ita quod duo puncta terminantia prædictam lineam dicuntur se aspiciere de trino, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum, super ipsum constituunt angulum continentem angulum unum rectum, & tertiam partem alterius recti. Aspectus uero quartus, est qui attenditur penes lineam rectam, subtensam arcui trium signorum, quæ sunt quarta pars circuli, ita quod duo puncta terminantia prædictam lineam, dicuntur se aspiciere de quarto, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum super ipsum constituunt unum angulum rectum. Aspectus uero sextilis, est qui attenditur penes lineam rectam subtensam arcui duorum signorum, quæ sunt sexta pars circuli, ita quod duo puncta terminantia prædictam lineam dicuntur se aspiciere de sextili, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum super ipsum constituunt angulum continentem duas tertias unius anguli recti. Causa autem propter quam sapientes antiqui dixerunt, aspectus fieri solum per has elongationes & quantitates, scilicet, per medietatem tertiam, quartam & sextam circuli, & non per alias, est hæc. Dicunt enim quod elongatio secundum medietatem circuli est elongatio maxima, quæ possit esse in circulo, quæ cum attendatur penes lineam rectam diametralem, transeuntem per centrum circuli, ipsum circulum diidentem per medium, manifestum est per se, quod puncta terminantia dictam lineam, sunt in oppositione secundum lineam rectam. Et propter hoc dicuntur se aspiciere de oppositione, unde contingit quod quando unum prædictorum punctorum est in oriente, aliud est in occidente, & quod quando unum est in medio cœli, aliud est in angulo terræ. Cum autem prædicta medietas fuerit diuisa per medium & tertium, quæ sunt primæ & maiores diuisiones, & illud tertium fuerit duplicatum, exhibunt quantitates aliorum aspectuum, scilicet, quartum, sextilem & trinum, quæ quantitates aspectuum omnes sunt ad in-

uicem comparabiles per proportiões musicales simplices, quæ sunt proportio dupla, proportio sesquialtera, proportio sesquitercia, quæ in Musica dicuntur diapason, diapente & diatesserō & sunt consonantiæ simplices musicales. Arcus enim aspectus oppositionis ad arcum aspectus quarti, est duplus. Et similiter arcus aspectus trini ad arcum aspectus sextilis. Et sic inter eos cadit proportio dupla & consonantia musicalis, quæ dicitur diapason. Item arcus aspectus oppositionis ad arcum aspectus trini, est sesquialter. Et similiter arcus aspectus quarti ad arcum sextilis, & sic inter eos cadit proportio sesquialtera, & consonantia musicalis, quæ dicitur diapente. Sed arcus aspectus trini, ad arcum aspectus quarti, est sesquitercius, & sic inter eos cadit proportio sesquitercia, & consonantia musicalis quæ dicitur diatesserō. Item arcus aspectus oppositionis ad arcum aspectus sextilis, est triplus, & sic inter eos cadit proportio tripla & consonantia musicalis, non simplex sed composita, ex diapason & diapente. Quia uero nullæ aliæ quantitates sunt in circulo sic proportionales, iccirco sapientes antiqui in prædictis quantitatibus assignauerunt aspectus, & non in alijs, sed cū planetæ uel stellæ sunt in eodem puncto circuli, non dicuntur se aspiciere, sed coniungi, maximè cum eorū longitudo & latitudo est una,

Capitulum secundum. De diuersis opinionibus.

**Q**uantum autem ad ppositū sciendū est, quod quidā dirigunt secundum gradus æquales, id est, secundum gradus zodiaci, & huius opinionis uidetur fuisse Albumasar octaua differentia secundi tractatus de coniunctionibus magnis, ubi dirigit lunam ad locum coniunctionis infortunatarum per gradus æquales. Similiter quidam accipiunt aspectus & radios secundū gradus æquales, et huius opinionis uidetur fuisse Alkabitijs prima differentia sui introductorij, & Meshalah lib. de receptiōe, capitulo de uita nati, ubi sic dicit. Et scito quod extensio radiorū planetarū, sit à gradibus æqualibus, sed da annos ab hilech per gradus

us ascensionis. Hoc idem uidetur sentire Ptolemæus 3. quadripartiti capitulo. 11. ubi dicit quod aspectus sextilis quandoque interficit, scilicet, quando fit à signis circuli directi, uel secundum ascensiones, breuium ascensionum, & hoc contingit, quia tunc æquiparantur aspectui quarto, & pro ipso iudicantur, & dicit Halī ibidē in cōmento, quod hoc dictum docet nos quod Ptolemæus semper facit radios per gradus æquales, & non per ascensiones mixtas, sicut multi hominum credunt. Quidam uero alij dirigunt per gradus ascensionū, id est, per gradus æquatoris sed aliquādo per ascensionē circuli directi, uidelicet, cū significator dirigendus fuerit in angulo meridiei uel mediæ noctis, & aliquādo per ascensiones circuli regionis, uidelicet, cū significator dirigendus fuerit in angulo orientis uel occidentis, aliquādo per ascensiones ex his mixtas, uidelicet cū significator dirigendus fuerit extra prædictos angulos. Et hanc opinionem sequitur maior pars sapientum, sicut Ptolemæus capitulo præallegato & Alkabitijs 4. differentia sui introductorij. Et Meshalah capitulo præallegato, & Halī alben, tractatu 4. ca. 7. de attazir, & multi alij cū eis. Similiter quidā accipiunt aspectus, & per radios secundum gradus ascensionū. Et hoc dupliciter, quia aut secundum ascensiones circuli directi, siue planeta, cuius radios querimus, fuerit in angulo, siue fuerit extra angulum, aut secundum ascensiones circuli directi, uel secundum ascensiones circuli regionis, uel secundum ascensiones mixtas ex eis secundū diuersitatem positionis, & situs planetæ, cuius aspectū querimus in figura, uide licet secundū modū dirigendi. Primū modū tangit Ptolemæus sexagesima propositione centiloquij, ubi dicit, quod mutationes morborū ad bonum uel malū sunt, loca lunæ in angulis quadrati conclusi circulo directo. Et isto modo extendendi radios & aspectus utitur multi in interrogationibus & in reuolutionibus annorū mundi, & in multis alijs. Secundum uero modū obseruant plurimi modernorum & maxime in natiuitatibus. Alij uero dicunt, quod aspectus & radij planetarum debent extendi secundum æquationes domorum, unde dicit quod domus se aspiciunt

unt, ita q̄ qualibet domus asp̄icit tertiā domū ante se & tertiam post se de sextili aspectu & quartā domū ante se, & quartā post se, de quarto aspectu, & quintā domū ante se, & quintā post se de trino aspectu, & septimā domū de oppositione. Secundū hoc ergo cum fuerit aliquis planeta in principio alicuius domus, radij eius extendētur ad principia domorū 3. 4. 5. ante se, 3. 4. & 5 post se, & etiā ad principū 7. domo. Sed si elongatus fuerit planeta à principio suæ domus, radij eius nō extēdētur ad prædictas domos, sed elongabūtur à principijs earū proportionaliter secundum quantitatem elongationis ipsius planetæ, à principio domus in qua fuerit. Ioannes uero Hyſpalēsis dicit, q̄ directio fit duobus modis. Vno modo uidelicet, p̄ gradus æquales. Alio uero modo per ascensiones circuli directi, aut circuli regionis, aut per ascensiones mixtas ex illis, sicut dictum est supra. Similiter dicit quod aspectus & radij planetarum extenduntur & proijciuntur duobus modis: Vno modo uidelicet, per gradus æquales. Alio uero modo, per latitudinem regionis per gradus quidem æquales, ut quot gradus comprehenderit planeta de signo, totidem prospiciat alterius signi uel aspectu oppositionis, uel quadrati, uel trini uel sextilis. Per latitudinem uero terræ, ut p̄ quot gradus fuerit planeta in aliqua domo, totidē gradus prospiciat alterius domus iunctæ secundū latitudinem terræ. Mihi autem uidetur securius dirigere secundum utroq̄ modum uidelicet, & per gradus æquales, & per gradus ascensionum. Et similiter secundum utrumq̄ modū extendere radios & secundū utranq̄ directionē & utrosq̄ aspectus iudicare. Et sic operā dū docet Iohannes Hyſpalen. in yſagogis capitulo de directione & aspectibus, & in secunda parte quadripartiti sui capitulo de iudicijs primæ domus. Puto tamē radios & aspectus planetarum aliter debere extendi, pro ut inferius declarabo capitulo 7. Quidam extendunt radios per gradus æquales, & dirigūt per gradus ascensionum, ut Mesahalah capitulo præallegato, q̄ & uidetur sentire Haly fuisse de mente Ptolemæi tertio quadripartiti capitulo 1. & in cōmento. Sciendum est autem q̄ in natiuitatibus

uitatibus & reuolutionibus annorum maiorum, & in magnis principijs, pro quolibet gradu directionis accipimus annū. Sed in reuolutionibus annorum natiuitatum, & in reuolutionibus annorum mundi minorum, pro quolibet gra. accipimus diē & melius pro minut. 59. & secund. 8. quæ sunt medijs cursus Solis in una die, accipimus diem.

### Capitulum tertium. De quibusdam præambulis.

**P**RO intellectu modorum, quibus autores docent dirigere, sciendum est quod quoddam signum in sphaera recta occidit, cum eisdem, seu cum æqualibus ascensionibus cum quibus oritur. Et hoc ideo quia in sphaera recta, quelibet duo signa opposita, æquales habēt ascensiones, sed in sphaera obliqua quodlibet signum cum alijs ascensionibus oritur, & cum alijs occidit, quia quodlibet signum in sphaera obliqua oritur cum ascensionibus suis descriptis in tabula regionis, & occidit cum ascensionibus signi sibi oppositi descriptis in tabula eiusdem regionis. Duorum signorū oppositorū ascensiones semper sunt diuersæ, quia in sphaera obliqua quantum ascensiones alicuius signi crescunt super ascensiones circuli directi, tantū ascensiones signi oppositi minuuntur ab illis & è cōtrario. Et ex hoc sequitur, q̄ ascensiones signorū oppositorum in sphaera obliqua simul aggregatæ, sunt æquales ascensionibus eorundē simul aggregatis in sphaera recta, sequitur etiā ex prædictis, q̄ in sphaera obliqua quodlibet signū dū est in occidēte, tot habet ascensionē, q̄t habet signū illi oppositū, dū est in oriēte. Cū em̄ quiddā signū in tanto tpe occidat, in quāto tpe signū illi oppositū oritur, necesse est cuiuslibet signi, tot esse ascensionē q̄t sunt descensionē signi sibi oppositi, unde sequitur q̄ in sphaera obliqua ascensionē cuiuslibet signi, et cuiuslibet gra. cōtinue sunt uariabiles secundū ascensum, & descensum eorū, & p̄pter hoc quodlibet signū, & quilibet gra. alias ascensionē habet in sphaera obliqua dū est in oriente, & alias dū est in occidente, & alias dum est in locis medijs. Omne quiddē signū, & quilibet gra. trāsit p̄ angulū oriētis cū ascensionibus circuli regionis, et p̄ angulū occidētis trāsit cum

cum ascensionibus sui oppositi, & per angulum meridiei & mediae noctis transit cum ascensionibus circuli directi. Per loca uero media inter utrosque duos angulos immediatos transit cum ascensionibus mixtis, ex ascensionibus duorum circulorum, scilicet, circuli regionis & circuli directi. Quae ascensiones mixtae differunt ab ascensionibus praedictorum duorum circulorum, plus & minus secundum maiorem & minorem distantiam ipsius gradus ab angulis. Et quia inuenire huiusmodi ascensiones mixtas, non est facile, redditur opus dirigendi & proijcendi radios & aspectus difficile. Utile est igitur habere noticiam modorum dirigendi & proijcendi radios & aspectus, qui compositi sunt ab autoribus, ut in illis habituari expeditius operetur, & ut ex omnibus modis faciliorem & expeditiorem eligamus.

Capitulum quartum, De diuersis modis dirigendi & proijcendi radios & aspectus,

Consequenter igitur ponamus modos dirigendi & proijcendi aspectus & radios, secundum opinionem Ptolemaei, & aliorum sapientum. Cum igitur uolueris dirigere & extendere radios & aspectus secundum opinionem illorum, qui haec faciunt per gradus aequales, facilis erit operatio. Vnde scias gradum significatoris dirigendi, & similiter scias gradum planetae uel stellae, ad quem uolueris dirigere, & computa gradus zodiaci, qui fuerint inter haec duo loca, & eos serua, quia est quantitas directiois quam quarebas. Pro aspectibus uero & radijs scias quod sicut sunt quatuor aspectus, ita sunt quatuor arcus, quibus subtenduntur lineae aspectuum, unde linea aspectus sextilis subtenditur arcui 60. graduu. Linea uero aspectus quarti, subtenditur arcui 90. graduu. Linea uero aspectus trini, subtenditur arcui 120. graduu. Sed linea aspectus oppositionis, subtenditur arcui 180. graduu, sicut dicebatur in primo capitulo. Cum igitur uolueris aspectus praedictos per gradus aequales super gradum planetae uel stellae, cuius radios & aspectus quaeris, adde ar-

cus pra-

cus praedictorum aspectuum, & extende in circulo signorum, & habebis omnes aspectus sinistros, & a loco planetae uel stellae minue arcus praedictos, & quod remaserit extende in circulo signorum, & habebis omnes aspectus dextros. Si autem uolueris dirigere uel extendere radios secundum opinionem eorum qui illud faciunt per ascensiones circuli directi, similiter facilis erit operatio. Vnde postquam sciueris gradum significatoris dirigendi, & gradum planetae uel stellae ad quem uolueris dirigere, scias ascensiones horum duorum locorum in circulo directo, & computa gradus ascensionum qui fuerint inter haec duo loca, & serua eos, qui erunt quantitas directionis quaesitae. Pro aspectibus uero & radijs scias ascensiones planetae uel stellae, cuius radios & aspectus quaeris in circulo directo, super quas adde arcus praedictorum aspectuum pro aspectibus sinistris, & ab eis minue eosdem arcus pro aspectibus dextris. Et quod inde prouenierit, extende in eodem circulo directo, & uide quo de circulo signorum peruenierit unusquisque praedictorum aspectuum reduciendo ascensiones ad gradus aequales, & serua, quia ad illa loca extendentur radij & aspectus ipsius planetae uel stellae tam dextri quam sinistri. Si uero uolueris dirigere & extendere radios secundum opinionem illorum qui haec faciunt per ascensiones amborum circulorum, uidelicet per ascensiones circuli directi, & per ascensiones circuli regionis, & per ascensiones mixtas, ex istis difficilis & longa est operatio; nisi significator dirigendus uel planeta uel stella cuius radios & aspectus quaerimus, fuerit in aliquo angulorum. Vnde si significator dirigendus fuerit in gradu ascendente, aut oritur cum gradu ascendente, licet non sit in ipsa gradu ascendente, quod contingere potest, quando ipse significator habet latitudinem, scias ascensiones gradus ascendente in circulo regionis. Et similiter scias ascensiones gradus planetae uel stellae ad quem uolueris dirigere in eodem circulo, aut ascensiones gradus cum quo ipsa planeta uel stella oritur, si forte habet latitudinem, & computa gradus ascensionum qui fuerint inter haec loca, & serua eos, quia ipsi erunt quantitas

o

dire-



directionis quaesita. Si uero significator dirigendus fuerit in angulo occidentis, aut habens latitudinem, occidit cum gradu anguli occidentis. scias ascensiones nadir gradus significatoris aut gra. cum quo occidit, & similiter scias ascensiones nadir gradus cum quo ipse planeta uel stella occidit in circulo regionis, & computa gradus qui fuerint inter haec duo loca, & serua eos, quia erunt quantitas directionis quaesita. Causa autem qua operamur per ascensiones nadir significatoris & planetae uel stellae, ad quem uolueris dirigere, cum significator dirigendus est in angulo occidentis, est, quia quilibet gradus occidit cum ascensionibus, cum quibus oritur gradus illi oppositus, sicut dictum est supra cap. 3. Si uero significator dirigendus fuerit in angulo medij coeli, aut in angulo terrae, aut habens latitudinem mediat coelum uel angulum terrae, cum gradu ipsius medij coeli, uel cum gradu anguli terrae, scias ascensiones gradus ipsius anguli, uidelicet, medij coeli uel anguli terrae, uidelicet illius anguli in quo fuerit ipse significator in circulo directo, scias similiter ascensiones gra. planetae uel stellae ad quem uolueris dirigere, uel gra. cum quo ipse planeta uel stella mediat coelum uel abyssum in eodem circulo directo, & computa gradus qui fuerint inter haec duo loca, & serua eos, quia ipsi erunt quantitas directionis quaesita. Gradum itero cum quo planeta uel stella mediat coelum uel abyssum, & cum quo oritur uel occidit, scire poteris per canones primi mobilis. Sed si significator dirigendus non fuerit in aliquo angulorum 4. praedictorum, sed remotus fuerit ab eis, tunc operatio redditur difficilior. Pro quo notandum est unum generale quod maxime requiritur in omnibus modis dirigendi, quando significator dirigendus fuerit extra angulos, uidelicet, quae & quanta sit longitudo significatoris ab angulo. Cum ergo uolueris scire longitudinem significatoris ab altero duorum angulorum, uidelicet, medij coeli & mediae noctis, siue fuerit citra angulum, uel ultra, scias ascensiones anguli medij coeli, uel mediae noctis illius, uidelicet eorum respectu cuius quaeris longitudinem in circulo directo, scias etiam ascensiones gradus, cum quo signi-

ficator

ficator uenit ad lineam uel circulum anguli, siue habeat latitudinem, uel non deinde subtrahere ascensiones anterioris loci de ascensionibus loci sequentis, siue angulus praecedat, & significator dirigendus sequatur siue e contrario. & residuum serua, quia est quantitas longitudinis significatoris ab angulo, quam si diuiseris per partes horarum gradus cum quo oritur significator dirigendus siue habeat latitudinem, siue non, si fuerit in medietate orientali uel gradus cum quo occidit si fuerit in medietate occidentali, horarum dico diurnarum, si significator dirigendus fuerit super terram nocturnarum uero si fuerit sub terra, habebis horas longitudinis significatoris ab angulo medij coeli uel mediae noctis. Cum autem uolueris longitudes significatoris ab angulo orientis, scias ascensiones anguli orientis in circulo regionis, & ascensiones gradus cum quo oritur significator in eodem circulo, siue oriatur cum gra. suo, siue cum alio, & siue fuerit infra terram siue supra. Deinde computa gradus qui fuerint inter haec duo loca, et serua eos, quia erunt quantitas longitudinis significatoris ab angulo orientis, quam si diuiseris per partes horarum circuli, ut dictum est supra, habebis horas longitudinis significatoris ab angulo orientis, quas serua. Cum uero uolueris longitudinem significatoris ab angulo occidentis, scias ascensiones gra. ascendentes in circulo regionis, scias etiam ascensiones nadir gra. cum quo occidit significator in eodem circulo, siue occidat cum gra. suo, siue cum alio & siue sit supra terram, siue infra, & computa gradus qui fuerint inter haec duo loca, & serua eos, quia erunt quantitas longitudinis significatoris ab angulo quam si diuiseris, ut dictum est, habebis horas longitudinis significatoris ab angulo occidentis quae serua. Sciendum est autem quod quamuis Ptolemaeus & alij sapientes qui docuerunt modos dirigendi, docuerunt solum operari per ascensiones gradus significatoris, & etiam per ascensiones gradus, cum quo uterque uel alter eorum mediat coelum, aut cum quo oritur uel occidit. Dederunt tamen nobis hoc intelligere maxime cum dicant: Si significator fuerit in angulo circuli, non enim dicitur planeta uel stella esse in angulo, nisi tangat lineam

uel circulum anguli, siue eius gradus sit in eo siue non. Scien-  
dum est etiam quod quamuis dederim modum inueniendi longi-  
tudinem & horas longitudinis significatoris ab angulo, tam ab  
angulo orientis & occidentis, quam ab angulo medijs coeli & me-  
diae noctis. Et hoc fecerunt, quia ascensionēs non diuersificantur  
in circulo meridijs & mediae noctis, cum sint eodem & aequales  
in omni regione & climate, Et hoc ideo accidit, quia circulus me-  
ridianus transit per polos mundi, & per polum horizontis, seu  
per cenith capitis nostri in omni regione & climate, sed ascen-  
siones circuli regionis uariantur tam in oriente quam occidente,  
in regionibus & climatibus secundum diuersitatem latitudinū  
eorum. Et propter hoc solum docuerunt operari per longitudi-  
nes significatoris aut ab angulo medijs coeli, aut ab angulo me-  
diae noctis, & non per longitudinem ipsius ab angulis orientis  
& occidentis. Hoc generaliter supposito descendamus ad de-  
clarationem modorum dirigendi positorum ab antiquis, & inci-  
piamus à modis Ptolemæi qui sunt duo, pro quorum primo sci-  
endum est, quod aut significator quem uolueris dirigere, est ci-  
tra angulū medijs coeli uel mediae noctis, aut est ultra. Item aut  
tu uis directionem directā aut conuersam. Primus igitur mo-  
dus dirigendi positus à Ptolemæo est iste. Scias horas longitudi-  
nis significatoris dirigendi ab angulo per modum superius posi-  
tum, scias etiam longitudinem quæ est inter angulum & gradū  
cum quo planeta uel stella ad quem uis dirigere, mediat cœlum  
in ascensionibus circuli directi, scias etiam partes horarum gra-  
dus cum quo oritur ipse planeta uel stella ad quem uolueris diri-  
gere, si significator dirigendus fuerit in parte orientali uel partes  
horarum gra. cum quo occidit, si ipse significator dirigendus fue-  
rit in parte seu medietate occidentali, oportet etiā ut sit operatio  
tua per partes horarum diurnarum, si significator dirigendus  
fuerit sub terra. Postea uero multiplicā partes prædictas ho-  
rarum per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angu-  
lo, deinde si significator dirigendus & planeta uel stella ad quē  
uolueris dirigere, ambo fuerint citra angulum, & cum hoc uo-  
lueris

lueris directionem directam, aut ambo fuerint ultra angulum,  
& cum hoc uolueris directionem conuersam, quid tibi prouene-  
rit ex multiplicatione prædicta, subtrahere à longitudine, quæ est  
inter angulum & gradum, cum quo planeta uel stella ad quem  
uolueris dirigere, mediat cœlum uel abyssum. Si uero ambo  
fuerint citra angulum, & cum hoc uolueris directionem conuer-  
sam, aut ambo fuerint ultra angulum, & cum uolueris directio-  
nem conuersam, aut ambo fuerint ultra angulum, et cū hoc uo-  
lueris directionē directā, ex multiplicatione prædicta subtrahere a-  
scensiones circuli directi, quæ fuerint inter angulum & gradum  
cum quo planeta uel stella ad quē uolueris dirigere, mediat cœ-  
lum uel abyssum. Si uero significator dirigendus fuerit ultra  
angulum, & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit  
citra angulū, & cum hoc uolueris directionē directam, uel econ-  
trario, si significator dirigendus fuerit citra angulum, & plane-  
ta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit ultra angulum. Et  
cum hoc uolueris directionem conuersam super illud quod proue-  
nit ex multiplicatione prædicta, adde ascensiones circuli directi  
quæ fuerint inter angulum & gradum, cū quo planeta uel stel-  
la ad quem uolueris dirigere, mediat cœlum uel abyssum. Et  
quocumque modo operatus fueris, quid tibi ex additione prouene-  
rit, uel ex subtractione remanserit, serua, quia est quantitas dire-  
ctionis quæ sita. Poteris etiam operari si uolueris cum signi-  
ficator dirigendus fuerit in medietate orientali per ascensiones  
circuli regionis, & per horas longitudinis significatoris diri-  
gendi ab angulo orientis, & per longitudinem gradus, cum quo  
oritur planeta uel stella ad quem uolueris dirigere ab eodem an-  
gulo. Et similiter si significator dirigendus fuerit in medietate  
occidentali poteris operari per ascensiones circuli regionis, &  
per horas longitudinis nadir gradus cum quo occidit signifi-  
cator dirigendus, ab angulo orientis, & per longitudinem nadir  
gradus cum quo occidit planeta uel stella ad quem uolueris di-  
rigere ab eodem angulo. Secundus uero modus dirigendi po-  
situs à Ptolemæo est iste: Scias horas longitudo-  
nis significatoris

dirigendi uel gradus cum quo ipse significator mediat cœlum uel abyssum, ab angulo mediæ cœli si fuerit super terram, uel ab angulo mediæ noctis, si fuerit sub terra per modum superius dictum, post hoc scias gradus ascensionum, qui sunt inter gradum significatoris dirigendi, uel gradum cum quo ipse significator mediat cœlum uel abyssum, & gradum planetæ uel stellæ ad quæ uolueris dirigere, uel gradum cum quo ipse planeta uel stella mediat cœlum uel abyssum in circulo directo, seu prima directio. Scias etiam gradus ascensionum, qui sunt inter gradum significatoris dirigendi, uel gradum cum quo oritur significator dirigendus, si fuerit in medietate orientali, & gradum planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, uel gradum cum quo ipse planeta uel stella oritur in circulo regionis. Sed si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare per nadir gradus significatoris dirigendi uel per nadir gra. cū quo ipse significator occidit, & per nadir gradus planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, uel per nadir gradus cum quo occidit ipse planeta uel stella & gradus ascensionum circuli regionis, seu secunda directio. Post hæc scias differentiam quæ fuerit inter has duas directiões, cuius differentia accipe sextam partem, et ipsam multiplica per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo, aut totam differentiam multiplica per horas longitudinis significatoris ab angulo, & dictarum operationum adde super directionem primam, quæ fuit directio circuli regionis, uel ab ea minue si fuerit maior, & quod inde prouenerit serua, quia est quantitas directionis quaesita. Poteris etiam operari si uolueris per longitudinem significatoris dirigendi ab angulo orientis, aut ab angulo occidentis, nec differt hæc operatio ab operatione precedenti, nisi quia directio circuli regionis erit directio prima, & directio circuli directi erit secunda directio. Et si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, operari debes per gradum significatoris dirigendi, et per gradum planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, aut per gradum cum quo uterq; ipsorum oritur. Sed si significator dirigendus fuerit in medie

medietate occidentali, operari debes per nadir gradus significatoris dirigendi, & per nadir gradus planetæ uel stellæ ad quæ uolueris dirigere, aut per nadir gradus cum quo uterq; ipsorum occidit. Eundem modum dirigendi ponit Alkabitius quarta differentia sui introductorij, & addit, quod si significator dirigendus fuerit in una quarta, & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit in alia quarta. Primo debes dirigere significatorem dirigendum ad angulum, qui est inter ipsum significatorem & planetam uel stellam ad quem uolueris dirigere; Deinde debes dirigere ab ipso angulo ad ipsum planetam uel stellam ad quæ uolueris dirigere per ascensiones circuli ipsius anguli. Post hoc prædictas duas directiones simul iunge & habebis directionem quaesitam. Dirigere autem significatorem ad angulum nihil aliud est, quam inuenire gradus ascensionum, qui erunt inter planetam uel stellam ad quem uolueris dirigere, & ipsum angulum quando ipse planeta uel stella uenerit ad locum significatoris dirigendi. Cum igitur uolueris dirigere significatorem ad angulum, multiplica horas longitudinis significatoris ab angulo per partes horarum gradus planetæ uel stellæ ad quæ uolueris dirigere horarum dico diurnarum, si significator dirigendus fuerit super terram, Nocturnarum uero si fuerit sub terra uel si planeta uel stella ipsa habuerit latitudinē, & fuerit ipse significator dirigendus in medietate orientali, operare per gradum cum quo oritur ipse planeta uel stella ad quem dirigis, sed si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare per gradum cum quo occidit ipse planeta uel stella. Vel aliter. Scias ascensiones gradus planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere uel gradus cū quo uentad angulum in circulo regionis, et similiter in circulo directo faciendo principium ab Ariete, & scias differentiam quæ fuerit inter prædictas ascensiones, cuius differentia accipe sextam partem, & ipsam multiplica per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo. Et quod inde prouenerit, adde super gradus ascensionum, qui sunt inter significatorem dirigendum, & angulum  
in ascen

in ascensionibus circuli anguli, si partes horarum gradus significatoris fuerint minores partibus horarum planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, uel ab eis minue, si partes horarum gradus ipsius significatoris fuerint maiores, et habebis directionem significatoris ad angulum, primus modus est facilior. Ex hoc apparet quod illi errant qui dirigunt ad angulum per differentiam quæ est inter ascensiones gradus anguli in circulo directo & in circulo regionis, quia non ponunt in loco significatoris dirigendi planetam uel stellam ad quem uolunt dirigere, sed ipsam angulum. Scias tamen quod siue dirigas primo ad angulum & postea ab angulo ad locum ad quem uolueris dirigere, siue dirigas per unicam operationem ab ipso significatore dirigendi ad locum ad quem uolueris dirigere per secundum modum dirigendi Ptolemæi superius positum, nihil refert, quia utroque modo exhibit eadem directio. Scias etiam quod Alkabitius loco præallegato docet inuenire quo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum. Dicit ergo cum sciueris significatorem, & uolueris scire quo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum, si significator dirigendus fuerit in angulo ascendens, aut oritur cum gradu ascendens, adde numerum annorum super ascensiones gradus ascendens, & quod inde prouenerit quære in circulo regionis, quia in eius directione inuenies gradum circuli signorum quo perueniet directio in eodem anno. Si uero significator dirigendus fuerit in angulo occidentis, uel occidit cum gradu occidentis, adde super ascensiones nadir gradus significatoris, hoc est, super ascensiones gradus ascendens numerum annorum, & quod inde prouenerit, quære in ascensionibus circuli regionis &c. facias pro ut fit cum significator dirigendus ponitur esse in ascendente, quia ad nadir gradus circuli signorum quo exierit arcus, perueniet directio in eodem anno. Si uero significator dirigendus fuerit in angulo mediæ coeli, aut in angulo mediæ noctis, uel mediat coelum cum gradu mediæ coeli, aut abyssum cum gradu anguli terræ, adde numerum annorum super ascensiones gra. anguli mediæ coeli uel an

uel anguli terræ in circulo directo. Et quod inde prouenerit quære in ascensionibus circuli directi, quia quo perueniet de circulo signorum, ibidem perueniet directio in eodem anno. Sed si significator dirigendus fuerit extra angulos, scias horas longitudinis significatoris ab angulo mediæ coeli, uel mediæ noctis, sicut dictum est superius. Deinde si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, adde super ascensiones gra. significatoris, uel gra. cum quo significator mediat coelum numerum annorum quos uolueris. Et quod inde prouenerit quære in ascensionibus circuli directi. Et uide quo extenditur de circulo signorum, quia illic perueniet directio circuli directi quæ serua. Adde etiam eundem numerum annorum super ascensiones gra. significatoris uel gra. cum quo oritur significator. Et quod inde prouenerit quære in ascensionibus circuli regionis, & uide quo extenditur de circulo signorum, quia perueniet directio circuli regionis quam similiter serua. Post hoc uideas differentiam quæ fuerit inter prædicta duo loca directionum, cuius differentia accipe sextam partem, & ipsam multiplica per horas longitudinis significatoris ab angulo, & quod inde prouenerit, adde super locum directionis primæ, uidelicet, super locum directionis circuli directi si minus extenditur quam locus directionis secundæ, uidelicet quam locus directionis circuli regionis, uel inde minue, si magis extenditur, & quod resultauerit uel remanserit serua, quia illuc perueniet directio ex circulo signorum in eodem anno. Sed si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare cum nadir gradus significatoris, aut cum nadir gradus cum quo occidit significator, sicut fecisti cum gradu significatoris, uel cum gradu cum quo oritur significator in opere precedenti, & quod ex operatione huiusmodi resultauerit uel remanserit, nota, quia ad eius nadir perueniet directio ex circulo signorum in eodem anno. Poteris etiam si uolueris operari per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo orientis, & etiam ab angulo occidentis. Sed certe hic modus inueniendi quo de circulo signorum perueniat directio in aliquo an

norum non uidetur mihi præcisus, et hoc quia quamuis in qua-  
 libet hora temporalis cuius gradus semper æqualiter reuoluitur  
 de circulo æquinoctiali, non tamen æqualiter reuoluitur  
 de circulo signorum, quod potest per exemplum demonstrari.  
 Sit enim exempli gratia ascendens principium Tauri, cuius a-  
 scensiones in circulo regionis sunt gra. 16, & minut. 7. tunc in  
 medio cœli est signum capricorni gra. 15, & minut. 50. cuius a-  
 scensiones in circulo directo sunt gra. 16, & minut. 7. sicq; signi-  
 ficator dirigendus in fine eiusdem signi capricorni, est ergo lon-  
 gitude significatoris ab angulo mediæ cœli gra. 16, & minut. 6.  
 quibus diuisis per partes horarum diurnarum gradus significa-  
 toris exhibunt hora una, & minuta 25. quæ hora & minuta sunt  
 horæ longitudinis significatoris ab angulo prædicto. Cum  
 autem super ascensiones gra. significatoris in circulo directo,  
 quæ sunt gra. 32, & minut. 13, addiderimus numerum annorū  
 20. resultabunt gra. 52. minut. 13. in directo quorum in circulo  
 directo, sunt gra. 19, & minut. 47. signi Aquarij. Cum ue-  
 ro super ascensiones gradus eiusdem significatoris in circulo re-  
 gionis, quæ sunt gra. 323, & minut. 52, addiderimus numerum  
 prædictorum annorum 20. prouenient gra. 343. minut. 52. in di-  
 recto quorum in circulo regionis, sunt gra. 29, & minut. 58. si-  
 gni Aquarij. Et sic differentia duorum locorum prædictorū  
 directionum est, gra. 10, & minut. 11. cuius differentia sexta  
 pars est gra. 1, & min. 42. ferè, quæ multiplicata per prædictas  
 horas longitudinis significatoris ab angulo, reddunt duos gra.  
 & minut. 24. qui additi super locum directionis circuli directi,  
 cum minus extendatur quàm locus directionis circuli regionis  
 reddunt gra. 22, & minut. 11. signi Aquarij. Sed nunc e contra-  
 rio uideamus quæ gra. directionis sunt inter significatorem præ-  
 dictū & gra. 22. minut. 11. signi Aquarij. Certū est eim diligē-  
 ter operanti, quod ascensiones quæ sunt inter locum significato-  
 ris dirigendi, & locum ad quem uolumus dirigere sunt gra. 22.  
 & minut. 22 in circulo directo. Et quod inter prædicta duo lo-  
 ca in circulo regionis sunt gra. 15. minut. 21. Et sic differentia  
 harum

harum duarum directionum est gra. 7. minut. 1. cuius differen-  
 tia sexta pars est gra. 1, & minut. 10. ferè, quæ multiplicata per  
 horas longitudinis significatoris ab angulo reddunt gra. 1, &  
 minut. 39. qui gra. & minut. subtrahi debēt à directiōe circuli re-  
 gionis, qua subtractione facta remanent gra. 20. et minut. 43.  
 qui sunt quantitas directionis inter prædicta loca. Et sic ma-  
 nifeste apparet ex prædicto exemplo, quod operatio prædicta,  
 quam docet Alkabitius non est præcisa, quia ubi non debuerūt  
 cadere inter prædicta loca, nisi gra. 20. præcise reperiūtur gra.  
 20, & minut. 43. Sed si dixerimus significatorem prædictum  
 ad gra. 21, & minut. 23. prædicti signi Aquarij secundum mo-  
 dum Ptolemei & Alkabiti, inuenimus quod inter duo præ-  
 dicta loca cadent de directione gra. 20. precise, ergo à loco si-  
 gnificatoris dirigēdi porueniet directio in fine 20. annorū pro-  
 positorem ad gra. 21, & minut. 23. signi Aquarij precise, et nō  
 ad gra. 22, & minut. 11. eiusdem signi, quo tamen ueniebat secū-  
 dum operationem Alkabiti. Quidam uero alij alio mo-  
 do dirigunt, non tamen multum differente à secundo modo  
 Ptolemæi superius posito. Isti enim accipiunt longitudinem si-  
 gnificatoris ab angulo per ascensioes circuli illius anguli, à quo  
 accipiunt longitudinem, absq; quod eam reducāt ad horas sicut  
 faciunt præmissi, postea accipiunt directiones duorum circulo-  
 rum, uidelicet circuli directi & circuli regionis orientalis uel oc-  
 cidentalis, secūdū q; significator dirigendus fuerit in medietate  
 orientali uel in medietate occidentali, sicut faciunt præmissi ope-  
 rantes p gradus significatoris dirigendi & p gradus planetæ et  
 stellæ ad quem uolunt dirigere, aut per gra. cum quo uterq;  
 uel alter eorum mediat cœlum uel abyssum, aut per gradum, cū  
 quo uterq;, uel alter eorum oritur uel occidit secundum quod  
 expedit. Deinde differentiam, quæ est inter prædictas duas dire-  
 ctiones multiplicant per longitudinem significatoris dirigendi  
 ab angulo, & quod inde producitur, diuidūt p medietatē arcus  
 diurni gradus significatoris si ipse significator fuerit sup terrā, p  
 medietatē uero arcus nocturni si fuerit sub terra, quod uero ex  
 prædictis

prædicta diuisione exiuerit, addunt super directionem primam si fuerit minor directione secunda, uel ab ea minuūt si fuerit maior, & qd ex hac operatione prouenerit erit quantitas directionis quæsitæ. Primam autē directionem uoco illam quæ accepta est per ascensiones circuli illius anguli, in quo accepta fuerit longitudo significatoris dirigendi. Modus uero inueniendi radios & aspectus planetarum et stellarum per modum dirigendi, non differt à modo quo Alkabitius docet inuenire, quo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum, unde si cut super ascensiones gradus significatoris dirigendi, uel super ascensiones gradus cum quo oritur ipse significator, uel super ascensiones nadir cum quo occidit, uel super ascensiones gradus cū quo mediat cœlum uel abyssum, addebas numerum annorum propositorum. Ita super ascensiones gradus planetæ uel stellæ, cuius radios & aspectus quæris, aut super ascensiones gradus cū quo oritur, uel super ascensiones nadir gradus cum quo occidit, aut super ascensiones gradus, cum quo mediat cœlum uel abyssum addes arcus aspectuum sextilis quarti & trini, pro radijs & aspectibus sinistris, & ab illis subtrahes arcus eorum aspectuum pro radijs & aspectibus dextris. Et quod tibi proueniet quæres aut in ascensionibus circuli directi, aut in ascensionibus circuli regionis secundum quod docetur in modo illo, & quo de circulo signorum extendentur arcus prædictorum aspectuum, illic erūt radij & aspectus illius planetæ uel stellæ. Arcus uero aspectus oppositionis nō debet addere super ascensiones prædictas quia semper radius, & aspectus oppositiōis cadit directe in gradus, & minut. diametraliter opposito loco ipsius planetæ uel stellæ. Sed tu iam sciuisi in exemplo, quod hic modus inueniendi radios & aspectus, nō est præcisus. Modus uero inueniendi & præficiendi radios & aspectus planetarum & stellarum secundum illos, qui extendunt radios & aspectus secundum æquationes domorum est iste. Si enim planeta uel stella cuius radios & aspectus quæris, fuerit in principio alicuius domus, manifestum est ex dictis superius capitulo secundo, quod radij & aspectus ip-

sus ex

sus extenduntur ad principia domorum 3. 4. 5. 7. 9. 10. & 11. à domo in cuius principio fuerit ipse planeta uel stella, sed si ipse planeta uel stella elongatus fuerit à principio domus in qua fuerit scias per quod gradus ascensionum circuli directi elongatus fuerit ab ipso principio, & ipsos multiplica per gradus ascensionū circuli directi, qui fuerint inter principium & finem illius domus, ad quam extenduntur radij planetæ uel stellæ. Et quod inde prouenerit diuide per gradus ascensionum circuli directi, qui fuerint inter principium & finem illius domus, in qua fuerit planeta uel stella, & qd inde exiuerit, adde sup ascensiones principij domus, ad quam extenduntur radij, & quod inde prouenerit extende in ascensionibus circuli directi. Et scias quod in eius directo fuerit de circulo signorū, qd illic extenduntur aspectus & radij planetæ uel stellæ. Vel aliter gradus longitudinis ipsius planetæ uel stellæ, à principio domus in qua fuerit, diuide per partes horarum gradus ipsius planetæ uel stellæ duplicatas, diurnarum quidē si fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra, & prouenient tibi minutæ horæ longitudinis planetæ uel stellæ à principio domus, in qua fuerit, quæ minuta multiplica in ascensionibus circuli directi quæ fuerint inter principium & finem cuiuslibet domus ad quam projicit & extendit radios suos, & quod prouenerit adde super ascensiones principij cuiuslibet earum, & qd inde prouenerit extende in ascensionibus circuli directi, & uerte in gradus æquales, & habebis quo de circulo signorum extendentur aspectus & radij ipsius planetæ uel stellæ à qualibet domo quam aspicit. Sed pro inueniendo quo de circulo signorum extenduntur radij & aspectus secundum modum Ioannis Hypsalen. Nota quod ascensiones circuli regionis omnium quartarum cuiuslibet figuræ sunt æquales. Manifestum quidem est quod ascensiones duarum quartarum occidentalium sunt æquales ascensionibus duarum quartarum orientalium, propter illud quod dicebatur supra capitulo tertio, uidelicet, quod quodlibet signū & quilibet gradus descēdit cum ascensionibus sui oppositi. Patet etiam quod ascensiones duarum quartarum orient-

p 3

talium



talium sunt æquales ex hoc. Cum enim partes horarum diurnarum gra. mediꝝ cœli sint æquales partibus horarum nocturnarum gra. anguli terræ, & uterq; eorum elongetur ab angulo ascendentis per sex horas temporales, manifestū est quod ascensiones circuli regionis, quæ sunt inter angulum mediꝝ cœli & angulū ascendentis, sunt æquales ascensionibus circuli regionis, quæ sunt inter angulum terræ & angulum ascendentis, sed cum ascensiones regionis utriusq; duarum quartarum orientalium diuisæ fuerint in tres ptes æquales, & usum fuerit q̄ de circulo signorū pueniunt p̄dictæ ptes, erit tota medietas orientalis diuisa in sex ptes ad similitudinē sex domorū. Et similif̄ itellige de tota medietate occidentali, cū sit æq̄lis medietate orientali, & secūdū hæc tota figura cœli, erit diuisa in 12. ptes, ad similitudinē 12. domorū. Si ergo planeta uel stella cuius radios & aspectus queris, fuerit in principio alicuius domorū p̄dictorū, uel sint, domorū principia p̄spiciet principia aliarū domorū, quæ sibi iunguntur per aspectū. Si uero fuerit elongatus à principio alicuius domus, p̄ quot gra. circuli regionis fuerit elongatus à principio domus, totidem gra. circuli regionis prospiciet alterius domus sibi iunctæ per aspectum, quos reduc ad gra. æquales, & habebis quo de circulo signorū extendentur radij ipsius planetæ uel stellæ. Sed si planeta uel stella cuius radios & aspectus queris, fuerit in medietate occidentali & eius radij extenduntur ad medietatē orientālē, operari oportet per ascensiones nadir gra. planetæ uel stellæ, uel radiorum ipsius. Vel aliter & breuius scias ascensiones ipsius planetæ uel stellæ, cuius radios & aspectus queris in circulo regionis, si fuerit in medietate orientali, uel eius nadir si fuerit in medietate occidentali. Scias, etiā partes horarum diurnarum gra. mediꝝ cœli uel nocturnarum gra. anguli terræ, quæ semper sunt æquales, quas multiplica per quatuor, pro aspectu sextili, & per sex pro aspectu quarto, & p̄ 8. pro aspectu trino, & per 12. pro aspectu oppositionis. Et quod inde prouenerit, adde super ascensiones gra. ipsius planetæ uel stellæ, si fuerit in medietate orientali, uel super ascensiones ipsius nadir si fuerit in medietate occidentali

pro

pro aspectibus & radijs sinistris, & ab eis minue pro radijs & aspectibus dextris. Et inde agregatum uel residuum extende in ascensionibus circuli regionis, & reduc ad gradus æquales. Et habebis quo de circulo signorum peruenient & extendentur a spectus & radij ipsius planetæ uel stellæ. Vnde si planeta ipse uel stella fuerit in medietate orientali ipsius radij & aspectus cadēt in locis extensionum prædictarum. Sed si fuerit in medietate occidentali cadent in oppositione locorum extensionum prædictarum. Diligenter tamen aduerte si radij planetæ uel stellæ extenduntur ultra angulum mediꝝ cœli uel mediæ noctis in medietate occidentali, quia si extenduntur ultra angulum mediæ noctis, minuere debes a ascensiones ipsius anguli de ascensionibus extensionis radiorum, & residuum adde super ascensiones gra. mediꝝ cœli, et quod prouenerit extendere debes in ascensionibus circuli regionis, & reducere ad gra. æquales, quia in nadir eorū cadent radij & aspectus ipsius planetæ uel stellæ. Sed si radij planetæ uel stellæ extenduntur ultra angulum mediꝝ cœli, minuere debes ascensiones extensionis radiorum de ascensionibus anguli, et residuum minuere de ascensionibus anguli terræ, et quod prouenerit extendere debes in ascensionibus circuli regionis & reducere ad gra. æquales, quia in nadir eorum cadent radij & aspectus ipsius planetæ uel stellæ. Sed si radij planetæ uel stellæ extenduntur ultra angulum mediꝝ cœli, minuere debes ascensiones extensionis radiorum de ascensionibus anguli, & residuum minuetur, de ascensionibus anguli terræ. Et quod prouenerit, extendere debes in ascensionibus circuli regionis, & reducere ad gra. æquales, quia in nadir eorum cadent radij & aspectus ipsius planetæ uel stellæ. Quidam uero cupiens prolixitati horum modorum dirigēdi prouidere, quoddam instrumentum composuit aptum & utile satis ad dirigendum, projiciens speram in plana superficie, sicut docetur in Astrolabio, super cuius centro seu polo, linea mediꝝ cœli & lineam mediæ noctis, cum circulo horizontis, seu cum brachijs circuli horizontis, quem circulum, uel quæ brachia p̄dicta linea diuidit per mediū transiens per



per centrum mundi, & etiam per centrum dicti circuli horyzontis, quæ linea circumferri potest super dicto cetro seu polo cum prædicto circulo horyzontis, seu cum brachijs prædicti circuli. Sed certe operatio per istud instrumentum non potest esse præcisa, nisi instrumentum esset adeo magnum, quod in ipso possent inscribi gra. sicut describuntur in tabulis. Potest tamen aliud instrumentum directionis & aspectuū imaginari, quod erit ualde facilioris operationis, licet non præcisiore illo. Imaginemur ergo sphaeram solidam in cuius superficie sint scripti duo circuli maiores, scilicet, circulus æquinoctialis & circulus signorum cum suis diuisionibus, sintque si placet in superficie eiusdem sphaeræ descriptæ stellæ fixæ, & maxime illæ quæ sunt primæ & secundæ magnitudinis. Imaginemur etiam duos alios circulos maiores extra sphaeram prædictam, sub quibus possit rotari sphaera habili-ter super polis proprijs, qui sunt fixi in ipsa sphaera in duobus locis diametraliter oppositis, ita quod ab utroque ipsorum distet æqualiter prædictus circulus æquinoctialis, quorum circulorum exteriorum, alter sit circulus horyzontis, super quem eleuetur polus Septentrionalis, illi uidelicet, qui est in parte declinationis signi Cancrī à prædicto æquinoctiali circulo secundum quantitatem latitudinis regionis, in qua fueris. Alter uero circulus exterior sit circulus meridianus, qui interfecans dictum circumulum horyzontis in parte septentrionis & meridiæ, ad angulos rectos sphaerales & orthogonaliter erectos supra dictum circumulum horyzontis transeat per polos mundi, & per zenith capitis nostri, qui est polus circuli horyzontis. In duobus uero punctis huius circuli meridiani, qui contingunt polus mundi, sint duo foramina, per quæ possunt intrare poli mundi, & in eis circumuolui cum tota sphaera, fixis & immobilibus permanentibus prædictis duobus circumulis exterioribus. Imaginemur esse alium circumulum maiorem, qui possit circumuolui super duos polos, qui sunt in duobus punctis oppositis, in quibus dicti duo circuli, scilicet horyzon & meridianus se interfecant, qui circulus uocetur circulus exterior mobilis, seu circulus horarum. Cum igitur

igitur per hoc instrumentū uolueris dirigere, cognosce partes mundi in ipso instrumento, uidelicet partem orientalem, & partem occidentalem, partem septentrionalem et partem meridionalem, & dispone cœlum ad quodcumque instans uolueris, ut puta ad instans cuiusuis natiuitatis uel alterius principij. Ita quod gra. ascendens sit sub circulo horyzontis, in parte orientis, & gra. occidens sit sub eodem circulo in parte occidentis, & gra. medij cœli, sit sub circulo meridiano super terram, & gra. anguli terræ sit sub eodem circulo sub terra. Postea uide si significator quem uolueris dirigere fuerit in aliquo angulorum, hoc est in aliquo prædictorum quatuor locorum, quod si sic fuerit pone notam in æquinoctiali circulo sub circulo illius anguli, deinde circumuolue sphaeram secundum successionem signorum, si uolueris directionem directam, uel contra successionem signorum, si uolueris directionem conuersam, donec planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, uenerit ad circumulum eiusdem anguli, & tunc pone aliam notam in æquinoctiali circulo sub circulo eiusdem anguli, & computa gra. æquinoctialis, qui intercipiuntur inter dictas duas notas, & serua eos, quia erunt quantitas directionis quam quærebas. Si uero significator dirigendus non fuerit in aliquo prædictorum quatuor angulorum, dispone sphaerā ad quoduis instans, ut dictum est in opere præcedenti, deinde prædictum circumulum exteriorem mobilem, seu circumulum horarum, pone super locum significatoris dirigendi, siue habeat latitudinem, siue non. Et pone notam in æquinoctiali circulo, sub eodem circulo horarum, quo immobili permanente, nec ampliatas, nec angustatas angulis, quos constituit cum prædictis duobus circumulis horyzontis & meridiæ, circumuolue sphaeram secundum, uel contra successus signorum, pro ut directionem directam uel conuersam uolueris, donec planeta uel stella, ad quem uolueris dirigere uenerit ad prædictum circumulum horarum. Et tunc in æquinoctiali circulo pone aliam notam, & computa gradus in æquinoctiali circulo qui intercipiuntur inter prædictas duas notas, & serua eos, quia erunt quantitas directionis

quam quarebas. Si uero per idem instrumentum uolueris scire quo de circulo signorum pueniet directio in aliquo annorum aut ubi cadent radij & aspectus planetarum secundum opinionem illorum, qui radios proijciunt & extendunt per modum dirigendi. Vide si significator cuius directionem quæris, aut planeta uel stella, cuius radios & aspectus quæris, fuerit sub aliquo circulo angulorū, q̄ si sic, posita nota in æquinoctiali circulo sub circulo illius anguli in quo fuerit ipse significator dirigendus, uel planeta uel stella, cuius radios quæris. Deinde ab ipsa nota computa in circulo æquinoctiali gra, secundum numerum annoꝝ quos uolueris, secundum successus signorū pro directione directa, contra uero successionē signorum pro directione conuersa. Similiter computa ab ipsa nota in eodem circulo æquinoctiali pro radijs & aspectibus sinistris secundum successus signorum 60. gra. pro aspectu sextili, 90. gra. pro aspectu quarto, 120. gr. pro aspectu trino, pro aspectibus uero & radijs dextris, computa contra successus signorum. Et in quolibet prædictorum locorum pone in eodē æquinoctiali circulo aliam notam, deinde uolue sphaeram secundum successionē signorum pro directione directa & aspectibus & radijs sinistris, contra uero successionem signorum, pro directione conuersa, & pro aspectibus & radijs dextris, donec ipsa nota uel ipsæ notæ directionis uel aspectuum ueniunt ad circulū ipsius anguli, & nota gra, uel gra. circuli signorum, qui tunc uenerit uel ueniunt ad prædictū circulum anguli, quia illic perueniet directio in eodem anno, si operatus fueris ad directionem, uel illic extendentur radij & aspectus planetæ uel stellæ &c. Si operatus fueris ad radios & aspectus, & per circulum anguli transibūt gra. de æquinoctiali circulo secundum numerū annorum, ad quorum terminū quæris locum directionis, & secundum numerum graduū, cuiuslibet arcus prædictorum aspectuum. Si uero significator dirigendus uel planeta uel stella, cuius radios & aspectus quæris, fuerit extra angulos, dispone sphaeram ad instans sicut dictum est supra, & circulum mobilē exteriorem, qui etiam dicitur circulus horarū, pone supra

supra gra, significatoris dirigendi, si quæris directionē, uel supra gra. planetæ uel stellæ, cuius radios & aspectus quæris, & pone notam in æquinoctiali circulo sub eodem circulo horarum. Deinde pone in eodē circulo æquinoctiali alias notas directionis uel aspectus sicut dictū est supra. Deinde prædicto circulo horarum immobili permanente uolue sphaeram, quo facias, prout dictum est in opere precedenti, & habebis quo de circulo signorum pueniet directio in anno proposito. Et quo extendentur aspectus & radij circuli. Et hoc secundum illos qui inuestigant & proijciunt aspectus & radios planetarum & stellarū per modū dirigendi. Sed secundum ueritatem & modū, qui inferius declarabitur, cum uolueris aspectus & radios alicuius planetæ uel stellæ, per istud instrumentum, dispone sphaeram ad quodcunq; instans uolueris, ut dictum est supra. Deinde dispone prædictum circulū horarum super gra. planetæ uel stellæ, cuius radios & aspectus quæris, siue habeat latitudinē siue nō. Et pone notā sub eodē circulo in æquinoctiali circulo, sphaera immobili permanente, uolue prædictū circulū horarū secundum successus signorum, pro radijs & aspectibus sinistris, contra uero successus signorum pro radijs & aspectibus dextris, donec inter prædictā notam & circulum prædictum, intercipiatur de gradibus æquinoctialis circuli, quantum est arcus cuiuslibet aspectus, cuius locum extensionis quæris, uidelicet aspectus sextilis aut quarti, aut trini aut oppositionis. Et nota gradū circuli signorum quē tangit prædictus circulus horarum, cū fuerit in terminis prædictorum aspectuum, quia ad prædictū gra. circuli signorū extendentur radij planetæ, quos quærebas. Est tamen notandū q̄ siue planeta dirigendus, aut planeta uel stella, cuius radios & aspectus quæris, habet latitudinem siue non, nihil refert, quia quando circulus anguli, uel circulus prædictus horarū, tangit significatorem uel planetā uel stellam ostendit cum quo gra. oritur uel occidit, aut cum quo gra. mediat coelum uel abyssum, et etiā cum quo gra. uenit ad quemlibet locum figuræ, et etiā ostendūt ascensionē gr. utriusq; eorū in quocunq; loco figuræ fuerit. Vides quam

facillima, & breuis sit operatio dirigendi & proijcendi radios & aspectus per hoc instrumentū. Non enim expedit computare longitudinem significatoris dirigendi, aut planetæ uel stellæ, cuius radios quæris ab angulo, nec inuestigare quanta sit directio circuli directi, & circuli regionis, nec notare differentiam inter eas, nec illam multiplicare per longitudinem prædictam significatoris ab angulo, nec quod inde prouenerit diuidere per medietatē arcus diurni uel nocturni significatoris dirigendi, quod tamē totū expedit nobis facere, si uoluerimus dirigere per aliud instrumentum, de quo dictū est supra. Item nota si planeta habuerit latitudinē, & non fuerit in ecliptica, & scieris signum, & gradum eius, & quantitatem, & partem latitudinis, poteris scire per istud instrumentū locum ipsius planetæ in sphaera. Et similiter cuiuslibet stellæ non descriptæ in ipsa sphaera, hoc modo uidelicet, imaginemur aliū circulum maiorem transeuntem per polos circuli signorum, & super eos circumuolui, qui diuisus sit 360. partes siue gradus prædictum ergo circulum uolue super gradum planetæ uel stellæ in ecliptica, cuius locum uel situm quæris in sphaera, postea computa in prædicto circulo ab ecliptica gradum, latitudinis planetæ uel stellæ, uersus partem illam in qua fuerit eius latitudo, & ibi pone paruamnotam, quia illic erit locus planetæ uel stellæ in sphaera quem quærebas.

Quintum capitulum, De forma tabularum nostrarum.

**Q**uantum autem ad quintū & ultimum præsentis operis, uidentum est de forma & compositione tabularū prædictarum, & de modo operandi per eas. Sed primo uidentū est de forma & de compositione tabularum, propter quod sciendum est, quod in sphaera mundi imaginantur duo circuli maiores, quorum alter dicitur circulus æquinoctialis, qui imaginatur diuidi in 360 partes æquales quæ dicuntur gradus, qui ponuntur æqualiter distare ab utroque polorum mundi. Alter uero dicitur circulus zodiaci seu circulus signorum, qui imaginatur diuidi in 12. partes æquales, quæ

quæ dicuntur signa, quarum quælibet imaginamur diuidi in 30. partes æquales, quæ dicuntur gradus, qui circulus signorum inclinatus est super dictū circulum æquinoctialis, declinans ab eo uersus septentrionem & uersus meridiem per gradus 23. & minutus 51. secundum opinionem Ptolemæi, secundū uero opinionem Almeonis & modernorum per gradus 23. minutus 33. & secundus 30. Qui duo circuli se intersecant & diuidunt per medietatē æqualiter. Et illa medietas zodiaci, & sex signa quæ sunt uersus polum septentrionalem dicuntur septentrionalia, quæ dicuntur Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Illa uero medietas zodiaci, & sex signa quæ sunt uersus polum meridionalem, dicuntur meridionalia, quæ dicuntur Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius et Pisces. Et isti duo circuli, scilicet circulus æquinoctialis, & circulus signorum, mouentur omni die naturali super polos mundi, qui etiā sunt poli prædicti circuli æquinoctialis una reuolutione cōpleta, & parū plus uidelicet, quantum mouetur Sol in una die naturali per proprium motum. Imaginantur etiā alij duo circuli maiores, uidelicet, circulus horyzon & circulus meridianus. Circulus horyzon est, qui diuidens sphaeram mundi in duas medietates, semper separat inter medietatē cœli nobis apparentem, & medietatem cœli nobis occultam. Circulus uero meridianus est qui diuidens sphaeram mundi in duas medietates semper separat inter medietatem cœli nobis orientalem & inter medietatem nobis occidentalem, qui duo circuli se intersecant, & diuidunt æqualiter per medium ad angulos rectos sphaerales, ex qua intersectione & diuisione totā sphaerā mundi imaginamur diuidi in quatuor partes æquales, quarū duæ semper sunt sub terra, & duæ super terram. Et similiter duæ earum semper sunt in parte orientali, & duæ in parte occidentis. Sed cum imaginati fuerimus quod quælibet prædictarum quartarum sit diuisa in sex partes æquales per circulos maiores transeuntes per loca opposita quartarum oppositarum æqualiter elongatos ab inuicem, sese ab inuicem intersecantes, & cum prædictis duobus circulis, uidelicet, horyzonte & meridiano in duobus punctis, in

qbus prædicti duo circuli sese interfecāt, intelligetur tota sphæra diuisa in 24. partes æquales, per 12. circulos maiores, quorum cuiuslibet mediætas una semper erit super terram, & altera mediætas semper erit sub terra, præter circulum horyzontis, qui semper intelligitur esse in contactu orientis & occidentis, distinguens inter partem cœli superiorem apparentem nobis, & partem cœli inferiorem nobis occultam, sicut dictum est supra. Item prædictorum circulorum semper una mediætas est in parte nobis orientali. Et altera mediætas semper est in parte occidentali nobis, præter circulum meridianum, qui semper intelligitur esse in contactu & in medio duarum partium cœli, quarum una est nobis orientalis & altera occidentalis nobis. His sic præmissis, notandum est, q̄ quilibet gra. circuli signorū ab ortu suo usq̄ ad occasum trāsīt per omnes mediætates superioriū prædictorū circulorum; ab occasu uero suo usq̄ ad suum ortū, transit per omnes mediætates inferiorum eorūdem circulorum. Sed tempus quo quilibet gra. circuli signorum mouetur ab uno circulo ad aliū circulum illi in mediātū, dicitur hora temporalis illius gra. diurna uel nocturna. Diurna quidem si gra. ipse reuoluitur super terrā. Nocturna uero, si reuoluitur sub terra. Et propter hoc prædicti circuli merito possunt dici circuli horarum. Sed gra. qui de æquinoctiali circulo transeunt per prædictos circulos, in tempore quo ipse gra. reuoluitur ab uno circulo ad aliū circulū illi in mediātum dicuntur partes horarum illius gra. Item notandum est quod non semper, & in omni regione, horæ temporales nocturnæ & diurnæ cuiuslibet gra. signorum, circuli signorum sunt æquales, sed solū in sphæra recta semper sunt æquales. Et hoc quia in sphæra recta horyzon diuidit in duas porciones æquales, circulū æquinoctialē, & oēs circulos illi æquedistantes, q̄ imaginantur describi à gradibus circuli signorum dum orbicularitèr feruntur super polis mundi. In sphæra uero obliqua, & in omni regione habente latitudinem solum horæ temporales diurnæ & nocturnæ, finis signi Virginis, & finis signi Piscium, sunt æquales. Sed horæ temporales diurnæ & nocturnæ, omniū aliorum

rum graduum circuli signorum declinantū ab æquinoctiali circulo sunt inæquales. Et hoc ideo, quia in omni regione habente latitudinem horyzon obliquus solum diuidit circulum æquinoctialē in duas partes æquales. Omnes uero alios circulos illi æquæ distantes, diuidit in duas portiones inæquales. Cum igitur in sphæra recta horæ temporales diurnæ & nocturnæ, cuiuslibet gradus circuli signorum, semper sint æquales. Et similiter finis signorum Virginis & Piscium in omni regione, ut ostensum est, sequitur quod etiam partes horarum diurnarum & nocturnarum ipsorum graduū sint æquales, unde semper in sphæra recta, in qualibet hora temporalī reuoluuntur de æquinoctiali circulo 15 gra. precise. Et similiter in omni regione in qualibet hora temporalī, finis signorum Virginis & Piscium, tam nocturna quā diurna reuoluuntur de prædicto æquinoctiali circulo 15. precise. In sphæra uero obliqua, & in omni regione habente latitudinem horæ temporales diurnæ & nocturnæ, cuiuslibet gra. circuli signorum declinantis ab æquinoctiali circulo sunt in æquales, & earū partes similiter, unde horæ temporales diurnæ, cuiuslibet gra. à principio signi Arietis, usq̄ ad finem signi Virginis, sunt maiores, nocturnæ uero minores horis æqualibus, & earū partes similiter. Econtrario horæ temporales diurnæ, cuiuslibet gra. à principio Libræ: usq̄ ad finem signi Piscium sunt minores, nocturnæ uero maiores, horis æqualibus, & earum partes similiter. Et hoc ideo, quia portiones omniū circulorū septentrionalium æquedistantium circulo æquinoctiali, quæ sunt super terrā, sunt maiores portionibus eorūdem circulorū quæ sunt sub terra et econtrario, portiones omnium circulorum meridionalium, æquedistantium circulo æquinoctiali, quæ sunt super terram, sunt maiores portionibus circulorum eorundem, quæ sunt sub terra. Ex quibus omnibus sequitur q̄ in sphæra recta nunquā ascensionēs uariantur. Et quod quilibet gra. circuli signorum, cum eisdem uel æqualibus ascensionibus, trāsīt per omnes circulos horarum in sphæra recta, uidelicet, cum ascensionibus circuli directi. Et q̄ finis signorum Virginis & Piscium, similiter nunquā uariantur ascensionēs

siões suas, sed in omni regione cū eisdē uel æqualibus ascensionibus transeunt per omnes circulos horarum. Et quo in omni regione habētē latitudinem, quilibet gra. circuli signorū declinās ab æquinoctiali circulo uariat ascensiones suas continue à principio sui ortus usq; ad occasum. Et similiter à principio sui occasus, usq; ad ortum suū. Vnde quilibet gra. circuli signorū à principio signi Arietis usq; ad finem signi Virginis, continue ab ortu suo usq; ad occasum suum cum maioribus ascensionibus transit per circulos horarū. Sed ab occasu suo usq; ad ortum suum, cum minoribus ascensionibus, transit per eosdem circulos horarū. Ecōuerso uero cōtingit à principio signi Libræ, usq; ad finē signi Piscium, quia illic quilibet gra. circuli signorū ab ortu suo usq; ad occasum suum, cum minoribus ascensionibus, transit per omnes circulos horarum, sed ab occasu suo usq; ad ortum suū, cū maioribus ascensionibus transit per eosdem circulos horarum. Signa tamē directe ascendētia, quæ sunt à principio Cæcri, usq; ad finem Sagittarij, maiores habent ascensiones in oriente quā in occidente, & etiam quā in locis intermedijs. Signa uero tortuosa, quæ sunt à principio Capricorni, usq; ad finem Geminarum, econuerso minores ascensiones habent in oriente quā in occidente, & etiam quā in locis intermedijs. Scito tamen q̄ in omni regione quilibet gra. circuli signorum, cum eisdem & æqualibus ascensionibus, transit per circulum meridiēi, & mediæ noctis, uidelicet cū ascensionibus circuli directi. Et hoc quia in omni regione, & tam in sphaera recta, quā obliqua circulus meridianus, intersecat circulum horizontis ad angulos rectos, sphaerales transiens per polos mundi, & per cenith capitis, seu per polum horizontis. Scias etiam quod quanta est differentia inter ascensiones circuli horizontis orientalis, & ascensiones circuli meridiēi, & mediæ noctis, tanta est differentia inter ascensiones prædicti circuli meridiēi & mediæ noctis, & descensiones circuli horizontis occidentalis. Ex quo sequitur quod differentia, quæ est inter ascensiones circuli horizontis orientalis, & descensiones circuli horizontis occidentalis est  
dupla

dupla. quæ est inter ascensionē circuli meridiēi & mediæ noctis, & ascensiones circuli horizontis orientalis. Et similiter ad differentiam, quæ est inter ascensiones prædicti circuli meridiēi & mediæ noctis, & descensiones circuli horizontis occidentalis. Ex quibus omnibus intelligi potest, quod scitis ascensionibus circuli directi, & scitis ascensionibus circuli regionis, sciri possunt ascensiones aliorum circulorum horarū, hoc est, quod scitis ascensionibus cum quibus quilibet gra. circuli signorum, transit per circulum meridiēi & mediæ noctis, et scitis ascensionibus cum quibus quilibet eorundem transit per circulum horizontis orientalis, sciri etiam possunt ascensiones, cum quibus quilibet gra. eorum transit per omnes alios circulos horarum. Cum em̄ quilibet quartarum sphaeræ imaginetur diuidi in sex partes æquales, quæ terminantur per circulos horarum, ut dictum est supra, manifestum est, quod ascensiones cuiuslibet gra. circuli signorum in quolibet circulorum prædictorum excedunt ascensiones eiusdem gra. in circulo sibi immediato, uel ab eis exceduntur per sextam partem differentiæ, quæ est inter ascensiones eiusdem gra. in circulo horizontis orientalis, & ascensiones eiusdem in circulo meridiēi & mediæ noctis. Cum igitur scieris ascensiones cuiuslibet gra. circuli signorum in circulo directo, & similiter in circulo regionis, et uolueris scire ascensiones cuiuslibet eorum in alijs circulis horarum, scias differentiam quæ est inter ascensiones cuiuslibet gra. circuli signorum in circulo directo, & similiter ascensiones cuiuslibet eorum in circulo regionis, cuius differentiæ accipe sextam partem, quam adde super ascensiones circuli regionis cuiuslibet eiusdem gra. à principio signi Arietis usq; ad finem signi Virginis, & habebis ascensiones cuiuslibet eorum in circulo superiori & inferiori terminante primam horam temporalem, hoc est, cum quilibet eorum fuerit elongatus ab angulo orientis, seu circulo horizontis orientalis per unam horā temporale, siue ipse uel ipsi gra. fuerint super terrā siue sub terra, deinde super ascensiones cuiuslibet eorū in circulo terminante primam horam temporalem, seu in circulo, primo à cir-  
culo

culo horizontis orientalis, adde sextam partem prædictæ differentiæ, & habebis ascensiones cuiuslibet eorum in sequenti circulo horarum superiori & inferiori, & hoc ab angulo orientis seu à prædicto circulo horizontis orientalis, & sic successiue de circulo in circulum addendo sextam partem prædictæ differentiæ super ascensiones cuiuslibet prædictorum graduū in circulo immediate præcedente, habebis ascensiones cuiuslibet eorū in circulis horarum sequentibus, tam in superioribus quàm inferioribus, usq; ad circulum meridiani & mediæ noctis, cuius circuli ascensiones in omni regione semper concordant cum ascensionibus circuli directi, sicut dictum est supra. Similiter si super ascensiones cuiuslibet graduum prædictorū in circulo directo addideris sextam partem differentiæ prædictæ, habebis ascensiones cuiuslibet eorum in primo circulo horarum, à circulo meridiani & mediæ noctis, tam superiori quàm inferiori. Et si super ascensiones cuiuslibet eorum in prædicto primo circulo, addideris sextam partem prædictæ differentiæ, habebis ascensiones cuiuslibet eorum in secundo circulo horarum à circulo meridiani et mediæ noctis tam superiori quàm inferiori. Et sic successiue procedendo de circulo in circulum in additione sextæ partis prædictæ differentiæ super ascensiones cuiuslibet prædictorum graduū in circulo immediate præcedenti, habebis ascensiones cuiuslibet eorum in circulis sequentibus tam superioribus quàm inferioribus, usq; ad circulum horizontis occidentalis. À principio uero signi Libræ usq; ad finem signi piscium sextam partem differentiæ inter ascensiones cuiuslibet graduum in circulo directo, & ascensiones cuiuslibet eorum in circulo regionis, minue de ascensionibus eorum cuiuslibet in circulo regionis, & similiter de ascensionibus eorundem in alijs circulis horarum, sicut in opere præcedenti addebas, quia in alio non differt opus, & habebis ascensiones cuiuslibet eorum in omnibus circulis horarum tam superioribus quàm inferioribus. Scias autem quòd computationem circulorum horarum cuiuslibet quartæ potes incipere à quouis duorum angulorum includentium illam quartam, ita tamen q̄

semper

semper circulus illius anguli à quo incipies computare, ponatur principium primæ horæ temporalis huius quartæ, & circulus alterius anguli ponatur finis sextæ horæ temporalis eiusdē quartæ. His igitur sic præmissis & præcognitis faciliter potest patere & intelligi forma & compositio tabularum prædictarum cuiuslibet illas inspicienti. Feci namq; unicuiq; signo tabulā uenam incipiendo à signo Arietis in hac forma, quia in primo loco & in prima linea uersus sinistram posui gradus æquales, id est, gradus circuli signorum. In fine uero tabulæ uersus dextram ponuntur differentiæ ascensionum cuiuslibet gradus, quæ sunt inter ascensiones cuiuslibet eorū in quibuslibet duobus circulis horarum immediatis. In locis uero intermedijs ponuntur ascensiones omnium circulorum horarum, cum suis quotis. Ita quòd immediate post gradus æquales uersus dextram ponuntur ascensiones cum quibus quilibet gradus circuli signorum transit per circulum horizontis orientalis, quæ sunt ascensiones circuli regionis, & immediate ante prædictas differentias ascensionum uersus sinistram ponuntur ascensiones & melius descensiones, cum quibus quilibet gradus circuli signorum transit per circulum horizontis occidentalis, quæ sunt descensiones circuli regionis. In medio uero omnium circulorum horarum ponuntur ascensiones, cum quibus quilibet gradus signorum, transit per circulum meridiani & mediæ noctis, quæ sunt ascensiones & descensiones circuli directi. In circulis uero qui sunt inter circulum horizontis orientalis, qui est immediate post gradus æquales, & circulum meridiani & mediæ noctis, quæ est medius inter oēs, ponuntur ascensiones, cum quibus quilibet gradus circuli signorum, transit per omnes medietates orientales, tam superiores quàm inferiores circulorum horarum. In circulis uero qui sunt inter prædictum circulum meridiani & mediæ noctis, & circulum horizontis occidentalis, qui est ultimus circulus uersus dextram & ante differentias ascensionum prædictas ponuntur ascensiones, & melius descensiones, cum quibus quilibet gradus signorum, transit per omnes medietates occidentales circulorū horarum, tam superiores quàm inferiores. Cuiuslibet

r 2 bet



bet enim circulorum prædictorum una medietas est in parte nobis orientali, & alia medietas est in parte nobis occidentali, præter circulum meridiæ & mediæ noctis. Similiter cuiuslibet eorum una medietas est super terram & alia medietas est sub terra, sicut dictum est supra. Sed sciendum est quòd in istis tabulis describuntur duplices quotæ circulorum horarum, uidelicet rubeæ & nigrae. Quotæ rubeæ deseruiunt medietatibus superioribus circulorum horarum, & horis diurnis. Quotæ uero nigrae deseruiunt medietatibus eorundem inferioribus & horis nocturnis, cum in directione uel in projectione radiorum proceditur secundum successus signorum. Sed cum proceditur in eis contra successus signorum econuerso quotæ rubeæ deseruiunt medietatibus inferioribus prædictorum circulorum & horis nocturnis, nigrae uero deseruiunt medietatibus eorundem superioribus & horis diurnis. Item sciendum est quòd prædictæ quotæ taliter ordinatae sunt in prædictis tabulis, quæ computatio prædictorum circulorum horarum fieri potest ab alterutro duorum angulorum includentium quamlibet quartam, altera tamen directa, altera uero conuersa.

Sextum capitulum. De modo dirigendi per dictas tabulas.

**E**Xpediti de forma & compositione tabularum prædictarum consequenter uideamus de modo operandi per eas. Et primo de modo dirigendi. Secundo uero de modo inueniendi, proponendi & extendendi radios & aspectus. Cum igitur uolueris per prædictas tabulas aliquem significatorem dirigere, æqua 12 domus ad latitudinem regionis, ad quam compositæ sunt huiusmodi tabulae directionum, secundum quòd docetur in canonibus primi mobilis, postea scias ascensiones, cum quibus significator dirigendus transit per locum suum, siue fuerit in angulis, siue extra angulos. Similiter scias ascensiones cum quibus planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, transit per locum ipsius significatoris. Et quod fuerit inter eos de gra. & minutis ascensionum serua

serua, quæ erunt gra. et min. directionis. Quòd uero igitur significatorem uolueris dirigere, considera si est in angulo mediæ coeli, uel in angulo terræ, aut in angulo orientis, uel in angulo occidentis, quæ si fuerit in angulo mediæ coeli, aut in angulo terræ, hoc est, si gra. cum quo significator dirigendus mediat coelum uel abyssum, fuerit in aliquo prædictorum angulorum, siue mediat coelum uel abyssum cum suo gra. siue cum alio, scias ascensiones gra. cum quo significator dirigendus mediat coelum uel abyssum in circulo meridiæ & mediæ noctis. Similiter scias ascensiones gra. cum quo planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, mediat coelum uel abyssum in eodem circulo. Et quòd fuerit inter eos de gradibus & minutis ascensionum serua, quia sunt gra. & min. directionis. Sed si significator dirigendus fuerit in angulo orientis, hoc est, si gra. cum quo significator fuerit, oritur in angulo orientis, siue oriatur cum suo gra. siue cum alio, scias ascensiones gra. cum quo significator oritur in circulo horizontis orientalis. Similiter scias ascensiones gra. cum quo planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, oritur in eodem circulo, & quòd fuerit inter eos de gradibus & minutis ascensionum serua, quia sunt gra. & min. directionis. Si uero significator dirigendus fuerit in angulo occidentis, hoc est, si gra. cum quo significator occidit, fuerit in angulo occidentis, siue occidat cum suo gra. siue cum alio, scias ascensiones, & melius descensiones gra. cum quo significator occidit in circulo horizontis occidentalis. Similiter scias ascensiones siue descensiones gra. cum quo planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, occidit in eodem circulo, & quòd fuerit inter eos de gradibus & minutis ascensionum siue descensionum serua, quia sunt gra. & min. directionis. Si uero significator dirigendus fuerit extra quatuor loca prædicta, scias horas longitudinis significatoris ab angulo, hoc modo, uidelicet, si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, & uolueris scire horas longitudinis ipsius ab angulo ascendente. Ascensiones circuli horizontis orientalis, quæ sunt inter angulum ascendente, & gra. cum quo significator oritur, diuide per partes horarum eiusdem gra.



cum quo oritur, diurnarum quidem si significator dirigendus fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra. Et quod inde exiuerit, serua, quia erunt horæ & minu. longitudinis significatoris ab angulo medijs cœli, uel ab angulo terræ, dum ipse significator est in medietate orientali. Ascensiones circuli meridi ei & mediæ noctis, quæ sunt inter alterum prædictorum duorum angulorum, & gra. cum quo significator mediat cœlum uel abyssum, diuide per partes horarum gra. cum quo oritur significator, diurnarum quidem si fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra, & quod inde exiuerit, serua, quia erunt horæ & minuta longitudinis significatoris ab angulo medijs cœli uel ab angulo terræ, uel horæ tantum, uel minu. tantum, dum ipse significator est in medietate orientali. Si uero significator dirigendus fuerit in medietate occidentali, & uolueris scire horas longitudinis ipsius ab angulo occidentis. Ascensiones siue descensiones circuli horyzontis occidentalis, qui fuerint inter angulum occidentis, & gra. cum quo significator occidit, diuide per partes horarum eiusdem gra. cum quo occidit, diurnarum quidem si fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra. Et quod inde exiuerit serua, quia erunt horæ & minu. longitudinis significatoris ab angulo occidentis, aut horæ tantum uel minu. tantum. Si uero uolueris horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo medijs cœli, uel ab angulo terræ, dum ipse significator est in medietate occidentali. Ascensiones circuli meridi ei & mediæ noctis, quæ sunt inter alterum prædictorum duorum angulorum & gra. cum quo significator mediat cœlum uel abyssum diuide per partes horarum, gra. cum quo significator occidit, diurnarum quidem si fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra, & quod inde exiuerit, serua, quia erunt horæ & minu. longitudinis significatoris ab angulo medijs cœli, uel ab angulo terræ, uel horæ tantum, uel minu. tantum, dum ipse significator est in medietate occidentali. Partes aut horarum cuiuslibet gr. diurnarum & nocturnarum per prædictas tabulas hoc modo inuenies. Scias differentiâ ascensionum cuiuscumque gr. uolueris quia si ipse gra.

se gr. fuerit à principio signi Arietis usque ad finem signi Virginis, adde super 15. gra. quæ sunt partes horæ æqualis pro partibus horarum diurnarum, & à 15. gra. minue pro partibus horarum nocturnarum. A principio uero signi Libræ usque ad finem signi Piscium, econuerso prædictam differentiam ascensionum minue à 15. gra. pro partibus horarum diurnarum, & eisdem adde pro partibus horarum nocturnarum. Et per hunc modum faciliter habere potes partes horarum tam diurnarum quam nocturnarum, cuiuslibet gra. circuli signorum. Postquam autem scieris horas longitudinis significatoris ab angulo, considera si significator dirigendus, & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit in ecliptica, & nullam habens latitudinem, quod si sic fuerit, & significator dirigendus fuerit in aliquo circulo horarum descriptorum in tabulis prædictis, quod contingit, quando cum horis longitudinis significatoris ab angulo non fuerit minuta, tunc scias ascensiones gra. significatoris in circulo horæ perfectæ, in quo est, & habebis ascensiones cum quibus significator dirigendus transit per circulum horæ perfectæ in quo est. Similiter scias ascensiones gra. planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere in eodem circulo, & habebis ascensiones, cum quibus ipse planeta uel stella transit per circulum horæ perfectæ in quo est significator dirigendus. Post hoc autem quod fuerit inter eos de gra. & minu. ascensionum serua, quia erunt gra. & minu. directionis. Sed si cum horis longitudinis significatoris dirigendi ab angulo fuerint minu. uel minu. tantum, & significator dirigendus & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit in ecliptica scias ascensiones gra. significatoris dirigendi in circulo anguli, si distabit ab angulo, minus quam per horam, uel in circulo horæ perfectæ, si distabit ab angulo, plusquam per horam, uel per horas. Scias etiam differentiam ascensionum, quæ est in directo gra. significatoris, & ipsam multiplica per minu. horæ imperfectæ, & quod inde prouenerit, adde super ascensiones gra. significatoris, quas modo inuenisti, si ascensiones circuli anguli, uel circuli horæ perfectæ, fuerint minores ascensionibus circuli horæ  
immedia

immediate sequentis, uel ab eis minue si fuerint maiores, & habebis ascensiones cum quibus significator transit per locum suæ distantiae ab angulo. Similiter scias ascensioes gra. planetæ uel stellæ, ad quem uolueris dirigere in circulo anguli, aut in circulo horæ perfectæ, sicut fecisti de gra. significatoris. Scias etiã differentiam ascensionum, quæ est in directo gra. ipsius planetæ uel stellæ, & ipsam multiplica per minu. horæ imperfectæ, & qd̄ inde puenerit adde sup ascensioes gra. planetæ uel stellæ ad quæ uolueris dirigere; quas modo inuenisti, si ascensiones circuli anguli uel circuli horæ pfectæ fuerint minores ascensioibus circuli horæ immediate sequentis, uel ab eis minue si fuerint maiores, & habebis ascensiones, cum quibus planeta uel stella ad quæ uolueris dirigere, transit per locum ipsius significatoris. Quod autem fuerit inter eos de gradibus & minu. ascensionum serua, quia erunt gra. & minu. directionis. Si uero significator dirigendus fuerit extra eclipticam, scias ascensiones, cum quibus mediat coelum uel abyssum, & ascensiones cum quibus oritur, si fuerit in medietate orientali, uel ascensiones uel descensiones cum quibus occidit, si fuerit in medietate occidentali. Et scias differentiam inter eas, subtrahendo minores ascensiones de maioribus, cuius differentia accipe sextam partem, & ipsam multiplica p̄ horas & minu. longitudinis significatoris dirigendi ab angulo, & per horas tantum, uel per minu. tantum. Et quod inde puenerit, si accepisti horas longitudinis significatoris ab angulo medij coeli, uel ab angulo terræ, adde super ascensiones, cum quibus significator mediat coelum uel abyssum, si fuerint minores ascensionibus, cū quibus oritur, si fuerint in medietate orientali, uel si fuerint minores ascensionibus seu descensionibus, cum quibus occidit, si fuerit in medietate occidentali, uel ab eis minue si fuerint maiores, & habebis ascensiones cum quibus significator transit per locum suæ distantiae ab angulo medij coeli, uel ab angulo terræ. Sed si accepisti horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo ascendentis, uel ab angulo occidentis, illud adde ascensionibus cum quibus significator oritur, uel ascensionibus

nibus uel descensionibus, cum quibus occidit si fuerint minores ascensionibus cum quibus mediat coelum uel abyssum, uel ab eis minue si fuerint maiores, & habebis ascensiones cum quibus significator dirigendus transit per locum suæ distantiae ab angulo ascendentis, uel ab angulo occidentis. Similiter si planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit extra eclipticam, scias ascensiones cum quibus mediat coelum uel abyssum, & ascensiones cum quibus oritur, si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, uel ascensiones uel descensiones cum quibus occidit si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali. Et scias differentiam inter eos, cuius differentia accipe sextam partem, & ipsam multiplica per horas & minu. longitudinis significatoris ab angulo, & caetera facias sicut dictum est de significatore, quando est extra eclipticam, & habebis ascensiones cū quibus ipse planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, transit per locum ipsius significatoris dirigendi. Quod autem fuerit inter eos de gra. & minu. ascensionum serua, quia erunt gra. & minu. directionis. Scias tamen quod si cum dirigis aliquem significatorem contingat quod ascensiones cum quibus ipse significator transit per locum suæ distantiae ab angulo, et ascensiones, cū quibus planeta uel stella ad quem uolueris dirigere transit per locum significatoris sunt æquales, tunc directio est nulla, quia ambo sunt in æquali distantia ab angulo. Sed si ascensiones significatoris dirigendi sunt maiores quàm ascensiones planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, & uolueris directionem directam, similiter nulla erit directio, quia tunc planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, iam transiuit per motum firmamenti locum significatoris, nec reuoluitur ad eū. Si uero ascensiones planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere fuerint maiores ascensionibus significatoris dirigendi, & uolueris directionem conuersam similiter nulla erit directio, quia significator dirigendus, per motum firmamenti iam transiuit locum planetæ uel stellæ ad quæ uolueris dirigere, nec reuoluit ad eū, qd̄ tamẽ est necessarium in directione conuersa. Cum uero significatorem dirigẽdũ scie

ris & per prædictas tabulas scire uolueris quo ab eo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum scias ascensiones ipsius significatoris dirigendi cum quibus transit per aliquem circulum angulorum uel horarum, si fuerit in aliquo eorum, uel per locum suæ distantie ab angulo per modum superius dictum, siue fuerit in ecliptica, siue extra eclipticam, deinde super huiusmodi ascensiones adde numerum annorum, quorumcumque uolueris, & quod inde prouenerit, extende in ascensionibus circuli, in quo fuerit idem significator, siue fuerit in circulo alicuius anguli, siue in aliquo circulo horarum, & quod in eius directo fuerit de gradibus & minutis circuli signorum, serua, quia illuc perueniet directio significatoris dirigendi in eodem anno. Si uero significator dirigendus in aliquo circulo angulorum uel horarum fuerit inter duos circulos, scias ascensiones eius cum quibus transit per locum suæ distantie ab angulo, siue fuerit in ecliptica, siue fuerit extra eclipticam, ut dictum est supra. Deinde super huiusmodi ascensiones adde numerum annorum quorumcumque uolueris, & quod inde prouenerit, extende in ascensionibus circuli anguli, uel in ascensionibus circuli horarum perfectæ, ad quem eorum, uidelicet immediate reuoluitur in directione directa, uel à quo in medietate separatus est in directione conuersa, & quod in eius directo fuerit de gradibus & minutis circuli signorum, serua. Postea scias differentiam ascensionum, quæ fuerit in directo prædictorum gradibus & minutis circuli signorum, & ipsam multiplica per minutis, uel horas, aut per horas & minutis, longitudinis significatoris dirigendi ab angulo, si numerum annorum extēdisti in circulo anguli uel per minutis, longitudinis significatoris dirigendi à circulo horarum perfectæ, si numerum annorum extēdisti in circulo horarum perfectæ, et quod inde prouenerit, diuide per ascensiones correspondentes uni gradui circuli signorum in parte extensionis prædictæ in loco distantie significatoris ab angulo, & quod inde exiuerit adde gradibus & minutis circuli signorum prius seruatis, si ascensiones circuli anguli à quo accepisti horas longitudinis significatoris dirigendi fuerint maiores ascensionibus alterius anguli sequentis, aut si ascensiones circuli horarum perfectæ

ætæ fuerint maiores ascensionibus circuli horarum immediate sequentis, uel ab eis minue si fuerint minores, & quod inde prouenerit & remanserit tene, quia illuc perueniet directio à loco significatoris in eodem anno, uel aliter & expeditius, postquam scieris ascensiones, cum quibus significator dirigendus transit per locum suæ distantie ab angulo, & super illas addideris numerum annorum quorumcumque uolueris per modum superius dictum, uide per æstimationem rudem, & per coniecturam tuam, ad quem gradum perfectum circuli signorum perueniet directio significatoris in eodem anno. Et differentiam ascensionum, quæ fuerit in directo illius gradibus signorum multiplica per minutis, uel per horas, aut per horas & minutis, longitudinis significatoris dirigendi ab angulo, & per minutis, longitudinis ipsius significatoris à circulo horarum perfectæ. Et quod inde prouenerit adde super ascensiones gradibus æstimationis & coniecturæ in circulo anguli, aut in circulo horarum perfectæ, si ascensiones circuli anguli uel circuli horarum perfectæ fuerint minores ascensionibus circuli horarum immediate sequentis, uel ab eis minue, si fuerint maiores diuide, quod inde prouenerit uel remanserit, uide si est æquale, maius uel minus, eo quod prouenit ex additione numeri annorum super ascensiones significatoris dirigendi, quod si fuerit ei æquale, ipse gradibus æstimationis uel coniecturæ, est gradibus & locus de circulo signorum quo perueniet directio significatoris dirigendi in eodem anno. Si uero fuerit maius uel minus, subtrahere minus à maiori, & residuum diuide per ascensiones correspondentes uni gradui signorum in parte gradibus æstimationis & coniecturæ in loco distantie significatoris ab angulo, & quod inde exiuerit, adde super gradum æstimationis & coniecturæ tuæ, si illius ascensiones in loco distantie significatoris ab angulo fuerint minores aggregato ex ascensionibus significatoris & numero annorum propositorum, uel inde minue, si fuerint maiores, & quod ex additione, uel diminutione prouenerit, quia illuc perueniet directio significatoris dirigendi in eodem anno. Modus autem perquirendi ascensiones correspondentes singulariter unicuique gradibus, circuli signorum in circu

lo siue loco distantiae significatoris dirigēdi ab angulo est iste. Scias ascensiones correspondētes cuiuscūq; gradui circuli signorum uoleris in circulo meridiei & mediæ noctis, & circuli horizontis orientalis, si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, uel in circulo horizontis occidentalis, si fuerit in medietate occidentali, & minores ascensioēs subtrahē de maioribus, & habebis differentiam inter eas, cuius differentiae accipe sextam partem, & ipsam multiplica per minu. uel per horas, aut per horas & minu. longitudinis significatoris ab angulo, & quod inde prouenerit adde super ascensioēs correspondentes uni gradui circuli signorum in circulo anguli, à quo accepisti longitudinem significatoris, si fuerint minores ascensionibus correspondentibus eidem gradui circuli signorū in circulo anguli sequentis, uel ab eis minue, si fuerint maiores, & quod inde exiuerit serua, quia erit quantitas ascensionum correspondens eidem gradui circuli signorum in loco distantiae significatoris ab angulo. Similiter & eodem modo poteris scire ascensiones correspondētes unicuiq; gradui circuli signorū inter duos circulos horarum immedios per differentiam ascensionum correspondentium uni gradui circuli signorum in alterutro praedictorum duorum circulorum, & per minu. horae longitudinis significatoris dirigēdi ab alterutro praedictorum duorum circulorum, multiplicando uidelicet praedictam differentiam per minu. horae longitudinis significatoris ab altero praedictorum duorum circulorum, & addendo, uel minuendo pro ut docetur in opere praecedenti.

Septimum capitulum. De modo inueniendi & proijciendi, seu extendendi radios & aspectus per praedictas tabulas.

**C**Vm uero per praedictas tabulas scire uolueris planetarum uel alicuius eorum radios & aspectus per modum dirigendi, sicut multi modernorum faciunt, scias ascensiones cum quibus transit ipse planeta, cuius radios & aspectus quaeris, per modum su-

dum superius dictum, siue fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum, siue fuerit extra circulos, & siue fuerit in ecliptica, siue fuerit extra eclipticā. Deinde praedictis ascensionibus adde arcus aspectuum sextilis, quarti uel trini, pro aspectibus & radijs sinistris, & ab eisdem ascensionibus arcus praedictorum aspectuum minue pro aspectibus & radijs dextris. Postea uero si planeta cuius radios & aspectus quaeris, fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum, quicquid tibi prouenerit ex praedicta additione & diminutione, quaere in ascensionibus circuli illius in quo fuerit ipse planeta, quia in illis partibus circuli signorum, quae fuerint in directo praedictorum ascensionum, extendentur aspectus & radij illius planetae sextilis, quarti & trini. Radij uero & aspectus oppositionis, semper extenduntur in circulo signorum ad nadir gra. illius planetae. Si uero planeta cuius radios & aspectus quaeris, non fuerit in aliquo circulo angulorum, uel horarum, si fuerit inter duos circulos, quicquid tibi prouenerit ex additione & diminutione arcuum praedictorum aspectuum, super ascensiones transitus ipsius planetae, quaere in ascensionibus circuli anguli uel horae perfectae, ad quem eorum, uidelicet primo reuoluitur, pro aspectibus & radijs sinistris, & etiam dextris, quia nihil refert, utrum operatio tua fiat per ascensiones circuli praecedentis, aut sequentis ipsum planetam. Et partes circuli signorū quae fuerint in directo praedictorum ascensionum, sic extensarū serua. Postea scias differentiam ascensionum, uel differentias quae fuerint in directo praedictarum partium circuli signorum. Et ipsam uel ipsas multiplica per minuta uel horas, aut per horas & minuta longitudinis planetae, cuius radios & aspectus quaeris ab angulo, si arcus aspectuum & radiorum extendisti in ascensionibus circuli anguli, uel per minuta longitudinis ipsius planetae ab circulo horae perfectae, si arcus aspectuum & radiorum extendisti in ascensionibus circuli horae perfectae. Et quicquid inde prouenerit, diuide per ascensiones correspondentes uni gradui circuli signorum in partibus extensionum praedictorum aspectuum, & radiorum in loco transitus ipsius planetae, & caetera facias

pro ut dictum est in sexto capitulo, pro sciendo quo de circulo si gnore perueniet directio alicuius significatoris in aliquo annoꝝ & habebis partes de circulo signorum ad quas extendetur aspe ctus & radij ipsius planetæ per modum dirigendi. Sed hic mo- dus proijciendi radios & aspectus planetarū non uidetur mihi rationabilis, & hoc quia aspectus & radij planetarum non exten duntur nec proijciuntur per circumferentiā circuli, sed per line- as rectas subtensas portionibus circuli, sicut ostensum fuit supe rius capitulo primo. Præterea hic modus non inuestigat aspe ctus & radios oppositionales per modum directionis, sicut inue stigat alios aspectus & radios, sed simpliciter ponit quod aspe ctus & radij oppositionales semper cadunt, uidelicet, nadir gra. planetæ, quod certe uidetur expresse contra prædictum modū, quia non semper imò raro contingit, quod per locum plane- tæ ad radios & aspectus oppositionales quærimus, transeant grad. de circulo æquinoctiali per modū dirigēdi qui sunt arcus aspectus oppositionis, donec nadir gra. ipsius planetæ applicet uel transeat per locum ipsius planetæ, imò hoc rarissime contin- git in regione habente latitudinem, & non nisi quando ipse pla neta fuerit in principio signi Arietis uel Libræ, aut in angulo medijs cœli, aut in angulo terræ. Et tamen satis rationabile uide tur, quod idem modus & eadē regula seruetur in extensione om- nium radiorum. Modus uero inueniendi radios & aspectus pla- netarum secundum illos, qui eos extendunt secundum æquatio- nes domorum, non habetur ex prædictis tabulis, sed pro isto modo recurre superius ad capitulum quartum. Sed si per easdem tabulas, uolueris radios & aspectus per latitudinem terræ, secun- dum modum Ioannis Hyspalen. scias ascensiones planetæ, cui- us radios & aspectus quæris in circulo horyzontis oriētalis, si fuerit in medietate orientali, aut in circulo horyzontis occiden- talis, si fuerit in medietate occidentali. Deinde super ascensio- nes prædictas ipsius planetæ adde partes horarum diurnarum gra. medijs cœli, & nocturnarū gra. anguli terræ, quæ sunt sem- per æquales multiplicatas per quatuor, pro aspectu sextili, sed p

sex

sex pro aspectu quarto, & per 8. pro aspectu trino, per 12. uero pro aspectu oppositionis, et quod inde prouenerit, extende in circulo horyzontis orientalis, si planeta cuius radios & aspectus quærimus fuerit in medietate orientali. In circulo uero horyzom- tis occidentalis, si fuerit in medietate occidentali, et quod in es- ius directio fuerit de circulo signorum considera, quia illic exten- dentur radij & aspectus planetæ. Diligenter tamen aduerte q̄ si planeta, cuius radios & aspectus quæris, fuerit in una medieta- te orientali, uidelicet uel occidentali, & radij eius extēdētur ad ali- am medietatē, tunc ascensiones anguli per quem transeunt radij ipsius planetæ, ascensiones dico circuli horyzōtis orientalis uel occidentalis, secundū quod ipse planeta fuerit in medietate oriā- tali uel occidentali subtrahi debet de arcu extensionis radiorum & residuū adde super ascensiones eiusdem anguli in circulo ho- ryzontis oppositi, & in eodem extendi & reduci ad gra. æqua- les & cætera fieri, pro ut dictū est in opere præcedenti. Ego ue- ro dico q̄ proiectio & extensio radiorū & aspectuum planetarū, per latitudinē & ascensiones terræ, maxime attendi debet penes circulos horarū. Ita q̄ si planeta cuius radios & aspectus quæris, fuerit in aliquo circulo horarū, radios & aspectus suos sextiles proijciat & extendet ad quartum circulum post illum in quo fu- erit. Radios uero & aspectus quadraturæ proijciat & extendet ad sextum circulū post illum, Radios uero & aspectus trinos p- roijciat & extendet ad circulum octauū post illum, sed radios & a- spectus oppositos proijciat & extendet ad circulum 12. post illū & uerius ad eundem circulum in quo est, uidelicet ad nadir loci in quo est. Et si planeta ipse nō fuerit in aliquo circulo prædicto rum, sed elongatus fuerit ab aliquo ipsorum radios & aspectus suos proijciat & extendet post quartum circulum sextum octa- uum & 12. ab illo secundū quātitatē elongationis ipsius ab eodē. Propter quod sciendū est, quod semper & in qualibet regione in- ter circulum meridiæ & mediæ noctis & circulum horyzontis orientalis sunt de ascensionibus & gradibus circuli æquinoctia- lis 90. gr. precise. Et per cōsequēs inter quoslibet duos angulos

immo

immediatos, sed cum quaelibet quarta imaginetur diuidi per circulos horarum in sex partes aequales, ut dictum est supra, sequitur quod inter duos quoslibet circulos horarum immediatos in tercipiuntur de gra. æquinoctialis circuli 15. gra. precise. Ex q̄ sequitur, quod si super ascensiones circuli alicuius anguli addideris 90. gra. habebis ascensiones circuli anguli immediate sequentis. Et q̄ si super ascensiones alicuius circuli horarum addideris 15. gra. habebis ascensiones circuli immediate sequentis, & quod si super easdem ascensiones addideris 30. gra. habebis ascensiones secundi circuli ab illo. Et q̄ si super easdem ascensiones addideris 45. gra. habebis ascensiones tertij circuli ab illo. Et q̄ sic de circulo in circulum addendo 15. gra. habebis ascensiones omnium circuloꝝ horarum, & ex hoc sequitur quod si super easdem ascensiones addideris 60. gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus sextilis. habebis ascensiones quarti circuli ab illo. Et q̄ si super easdem ascensiones addideris 90. gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus quarti, habebis ascensiones sexti circuli ab illo. Et quod si super easdem ascensiones addideris 120. gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus trini, habebis ascensiones circuli octauī ab illo. Et si super easdem ascensiones addideris 180. gra. q̄ sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus oppositionis, habebis ascensiones circuli 12. ab illo. Et proprius ascensiones gra. oppositionis in eodem circulo, & sic secundum hunc modū extendendī radios & aspectus saluatur, quod aspectus sextilis semper est 60. gra. Et q̄ aspectus quartus est 90. gradū, & quod aspectus trinus est 120. graduum, & q̄ aspectus oppositionis semper est 180. gra. Et forte Ioannes Hyipalen. intellexit hūc modū in uerbis suis obscuris cum dixit, quod aspectus per latitudinem terræ fit, ut per quot gra. planeta fuerit in aliqua domo, totidē respiciat alterius domus iunctæ secundū latitudinē terræ. Si enim imaginemur totum circulum æquinoctialem diuidi in 12. partes aequales ad similitudinē 12. domorum faciendo principium ab ascendente, manifestum est, quod quaelibet portio erit 30. gradū, qui sunt quantitas graduum, qui sunt

sunt à principio cuiuslibet circuli horarum usq̄ ad secundum circulum ab eo, ex quo sequitur quod per quot gra. fuerit planeta in aliqua domo ex prædictis domibus, totidem gra. prospiciet alterius domus ex domibus prædictis sibi iuncte per aspectus secundum latitudinē terræ. Si igitur secundum hunc modū per has nostras tabulas uolueris radios & aspectus planetarū scias ascensiones cum quibus transit ipse planeta, cuius radios & aspectus quæris per modum superius dictum, siue fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum, siue fuerit extra circulos, & siue fuerit in ecliptica siue extra eclipticam. Deinde super easdem ascensiones adde arcus aspectuum uidelicet 60. gra. pro aspectu sextili 90. uero gr. pro aspectu quarto 120. gra. pro aspectu trino, sed 180. gra. pro aspectu oppositionis. Quod si ipse planeta cuius no- ueris radios & aspectus fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum pro quibuslibet 15. gra. arcus ipsius aspectus quem addidisti super ascensiones prædictas transeas unum circulum horarum. Et uide in quo circulo cadūt aspectus & radij ipsius planetæ, & in eodem quære ascensiones, quæ tibi prouenerunt ex additione arcus aspectus super ascensiones ipsius planetæ. Et uide quid est in directo earum de gradibus circuli signorum, quia illuc extenduntur aspectus & radij ipsius planetæ, si fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum ut dictum est. Sed si non fuerit in aliquo circulo prædictorum, sed fuerit inter duos circulos, tunc similiter pro quibuslibet 15. gra. transeas unum circulū, & q̄ tibi ex additione prædicta prouenerit, quære in circulo horæ perfectæ, & scias qd est in eius directo de circulo signorū & serua. Deinde differentiam ascensionum, quæ fuerit in eius directo multiplica per minu. horæ imperfectæ, & quod inde prouenerit, diuide per ascensiones correspondentes unī gradui circuli signorum in parte extensionis radiorum, & quod inde ex diuisione prouenerit adde super illud quod seruasti de circulo signorū si ascensiones prædicti circuli horæ perfectæ fuerint maiores ascensionibus circuli horæ immediate sequentis, uel ab inde minue si fuerint minores, & habebis quo de circulo signorum extendetur  
t aspectus



aspectus & radij sinistri ipsius planetæ cum fuerit inter duos circulos, Vel aliter considera per æstimationem rudem, & cōiecturam tuam gradum perfectum circuli signorum ad quem extēdūtur aspectus & radij ipsius planetæ, cuius radios & aspectus quæris, & differentiam ascensionum quæ fuerit in directo prædicti gra. æstimationis & coniecturæ tuæ, multiplica per minu. horæ imperfectæ, & cætera facias pro ut dictum est in capitulo præcedente, pro sciendo quo de circulo signorū perueniet directio significatoris dirigendi in aliquo annorum, & habebis quo de circulo signorum extendetur aspectus & radij sinistri ipsius planetæ cum fuerit inter duos circulos. Quibus scitis faciliter scire poteris quo de circulo signorum extendentur aspectus & radij dextri eiusdem planetæ, quia semper in oppositione aspectuum & radiorum sextilium sinistrorum alicuius planetæ cadunt aspectus & radij trini dextri eiusdem planetæ, & in oppositione aspectuum & radiorum quartorum sinistrorū cadunt aspectus & radij quarti dextri, & in oppositione aspectuum & radiorum trinorū sinistrorum cadunt aspectus & radij sextilis dextri. Et in oppositione ipsius gra. planetæ cadūt aspectus & radij oppositionales. Modum autem inueniendi ascensiones correspondētes uni gradui circuli signorum in parte extensionis radiorum scire poteris ex his quæ dicta sunt in capitulo præcedenti.

Capitulum octauum. De ampliori utilitate & sufficientia prædictarum tabularum ad plura climata,

**Q**uamuis autē prædictæ tabulæ sint cōpositæ ad nostrū clima in quo prolixior dies est, & similiter prolixior nox est horarū 15. minu. 27. ferè, possunt etiā sufficere ad alia plura climata, ppter qd sciendū est qd quamuis in cōpositione prædictarū tabularū cuilibet circulo horarum facta sit una tabula ascensionū possimus tamē omnia superius dicta de directiōibus & aspectibus & radijs exercere cū ascensionibus triū circuloꝝ t̄m uidelicet, mediꝝ q̄ est circulus meridiei & mediæ noctis, & duorū extremorū, quorū alter

alter, scilicet sinister est circulus horyzōtis orientalis, alter uero scilicet dexter est circulus horyzōtis occidentalis, qui tamen ambo in rei ueritate sunt unus circulus, cuius altera medietas est in oriente, altera uero medietas est in occidente, operando penitus per ascensiones horum trium circularum, sicut operabamur in capitulis præcedentibus cum ascensionibus circularum horarum. Redditur tamen hæc operatio aliquantulum difficultior, & maxime quantum ad extensionem radiorum & aspectuum, & quantum ad sciendum quo de circulo signorum perueniet directio significatoris dirigendi in aliquo annorum. Sciendū est etiā quod ascensiones circularum horarum, quæ describuntur in istis tabulis conueniunt & deseruiunt sex climatibus, quæ se extendunt adinuicem successiue in prolixitate longioris diei seu longioris noctis per 34. min. & semis, ex quo sequitur quod cum circulus mediꝝ qui est circulus meridiei & mediæ noctis, deseruiat regioni & climati in quo dies & noctes semper æquantur, & in quo dies & noctes semp sunt 12. horarum æqualium, quod duo illi circuli medio altrinsecus immediate circumpositi deseruiunt regioni & climati, in quo prolixior dies addit supra diem æqualem 12. horarum æqualium 34. minut. ferè. Et quod alij duo circuli hos altrinsecus immediate sequentes deseruiūt regioni & climati in quo prolixior dies addit super diem æqualem horam unam & minu. 9. Et quod alij duo circuli hos altrinsecus immediate sequentes deseruiunt regioni & climati in quo prolixior dies addit super diem æqualem horas 2. & minu. 52. ferè. Et quod alij duo circuli hos altrinsecus immediate sequentes deseruiunt regioni & climati nostro in quo prolixior dies addit super diem æqualem horas 3. & minu. 27. ferè. Sciendum est etiā quod sicut ascensiones prædictorum climatū uariantur & diuersificantur ab inuicem, ita differentiæ ascensionum quibus circuli horarum se in eisdem excedūt uel excedūt uariantur & diuersificantur ab inuicem,



unde differentia ascensionum quae describuntur in tabulis istis solum deseruiunt regioni & climati nostro, uidelicet sexto climati ex praedictis climatibus. Sed si uolueris differentias ascensionum circulo horarum immediatarum in alijs climatibus, scias quod simplices sextae praedictarum differentiarum ascensionum descriptarum in istis tabulis deseruiunt primo climati ex climatibus praedictis, duae uero sextae earundem differentiarum deseruiunt secundo climati, tres uero sextae deseruiunt tertio climati, quatuor uero quarto & quinque quinto, totae uero differentiae deseruiunt climati sexto & nostro, sicut dictum est supra. Cum igitur dirigere uolueris & extendere radios & aspectus in aliquo ex dictis climatibus sit operatio tua cum ascensionibus circuli meridiei & mediae noctis, & cum ascensionibus duorum circulo rum scilicet horyzontis orientalis & horyzontis occidentalis illius climatis, & cum differentijs ascensionum illi climati deseruientibus. Sed si uolueris ascensiones circulo rum horyzontis orientalis & horyzontis occidentalis in septimo climate in regione uidelicet in qua prolixior dies addit supra diem aequalem horas 4. & minu. 1. minue differentias ascensionum quae describuntur in tabulis ab ascensionibus circuli horyzontis orientalis, & eandem super ascensiones circuli horyzontis occidentalis adde climatis sexti & ultimi ex climatibus praedictis seu climatis nostri, ad quod praedictae tabulae sunt compositae a principio signi Arietis usque ad finem signi Virginis sed econuerso a principio signi Librae usque ad finem signi Piscium adde praedictas differentias ascensionum super ascensiones circuli horyzontis orientalis & eandem minue ab ascensionibus circuli horyzontis occidentalis eiusdem climatis sexti. Si uero uolueris differentias ascensionum eidem climati septimo deseruientes, adde super quamlibet differentiam ascensionum descriptarum in tabulis praedictis suam sextam partem. Et habebis differentias ascensionum inter duos circulos horarum immediatos in eodem septimo climate. Sed si per istas tabulas scire uolueris ad aliquam aliam regionem differentias ascensionum cuiuslibet gradus circuli signorum inter duos

duos circulos horarum immediatos, scias superfluum prolixioris diei super diem aequalem in illa regione. Et illud multiplica per differentias ascensionum cuiuslibet gra. descripti in fine tabularum uersus dextram a principio signi Arietis usque ad finem signi Geminorum. Et quod ex huiusmodi multiplicatione prouenerit diuide per superfluum prolixioris diei super diem aequalem in regione ista ad quam compositae sunt praedictae tabulae, quod superfluum est horae 3. & minu. 27. fere. Et quicquid ex hac diuisione exiuerit serua, quia inde exiuerint differentiae ascensionum cuiuslibet gr. inter quoslibet duos circulos horarum immediatos in illa regione a principio signi Arietis usque ad finem signi Geminorum. Sed cum notae tibi fuerint differentiae ascensionum in aliqua regione inter duos circulos horarum immediatos omnium graduum qui sunt a principio signi Arietis usque ad finem signi Geminorum, habebis noticiam differentiarum ascensionum omnium graduum aliarum quartarum. Et hoc quia differentiae eadem ascensionum sunt a principio signi Librae usque ad finem signi Sagittarii, quae sunt a principio signi Arietis usque ad finem signi Geminorum. Similiter quae differentiae ascensionum sunt a principio signi Arietis usque ad finem signi Geminorum & a principio signi Librae usque ad finem signi Sagittarii, eadem sunt a fine signi Virginis usque ad principium signi Cancrini, & a fine signi Piscium usque ad principium signi Capricorni procedendo contra ordinationem signorum. Si uero per easdem tabulas scire uolueris ascensiones circuli horyzontis orientalis, & similiter ascensiones seu descensiones circuli horyzontis occidentalis in aliqua alia regione, scias differentias ascensionum cuiuslibet gradus inter duos circulos horarum immediatos per modum nunc praemissum in quacumque regione uolueris, deinde quamlibet praedictarum differentiarum multiplica, & omnia producta ex dicta multiplicatione serua. Postea uero quod tibi prouenerit ex multiplicatione differentiae ascensionum primi gra. signi Arietis, subtrahere de ascensionibus circuli directi eiusdem gradus. Et similiter facias de caeteris productis ex multiplicatione differen-

tiarum ascensionum aliorum graduum usq; ad finem signi Vir-  
ginis, sed quod tibi prouenerit ex multiplicatione differentiæ  
ascensionum primi gradus signi Libræ, adde ascensionibus cir-  
culi directi eiusdem gradus. Et similiter facias de cæteris produ-  
ctis ex multiplicatione differentiarum ascensionum aliorum gra-  
duum usq; ad finem signi Piscium, & habebis ascensiones cuius-  
libet gra. in circulo horizontis orientalis in regione illa, ad quã  
operatus fueris. Sed si e conuerso feceris, scilicet, addendo pro-  
ducta, & à principio signi Arietis, usq; ad finem signi Virginis  
ascensionibus circuli directi cuiuslibet gradus, & ipsa ab eisdẽ  
subtrahendo à principio signi Libræ usq; ad finem signi Piscium,  
habebis ascensiones seu descensiones cuiuslibet gra. in circulo  
horizontis occidentalis. Sed cum notæ tibi fuerint ascensiones  
circuli directi, & etiam sciueris ascensiones cuiuscunq; re-  
gionis uel climatis, uolueris per modum nunc dictũ  
uel per alium, faciliter componere poteris tabu-  
las directionum & aspectuum ad regionẽ  
& clima quodcunq; uolueris p. mo-  
dum quo docemur superius in  
quinto capitulo.

FINIS.

# APHORISMI 72

ASTROLOGICI LVDOVICI DE RIGIIS,  
ad patriarcham Constantinopolitanum.

I

**I**UDICIA rerum futurarum non dantur, nisi expertis  
in esse planetarum suorum temporum, ex uirtute tamen  
innata eorum. Errant quippe, qui ex solo aphorismo  
iudicia pronunciant.

Mutata sunt loca stellarum fixarum augiumq; , mutanturq;  
cotidie, nec uultus cœlestis aliter existens est.

Non certificandum est de esse alicuius planetae, nisi prius de di-  
spositoribus loci illius te certificabis in esse mali, & tam exalta-  
tionis, quam dominij.

Paruum euentum demonstrat planeta, si aliter significauerint  
dispositores in esse boni uel mali.

Leuem facit natum Mercurius in domibus Martis. Si Mars  
in Scorpiõẽ & Sol in Ariete, non extiterit ibi Mercurio existen-  
te, siue si ambos fortes, & in bono esse fortunarum non iudica-  
ueris, hoc diximus de Mercurio. Nam magis uniuersalis plane-  
ta & ad transmutationem naturæ suæ nec est.

Remouent significatores siue dominatores loci iudicium pla-  
netæ quãuis in aliqua parte ipse ad tempus naturã demonstrat.

Dominus horæ in omnibus formis figurisq; considerandus  
est ac dominus loci coniunctionis qui anauba dicitur. Sunt qd-  
dam gubernaculum rei quæsitæ, uelut qui dux magis potens &  
fortis figuræ est.

De esse temporum radix demonstrat, uelut reuolutio de esse  
solum temporis. Ideo multum considerata est reuolutio, nec  
spernenda, Et quando ipsa cum radice discordat, nam fortior  
est radix, sed uelocior producit effectus reuolutio, ideo reuoluti-  
ones timendæ sunt & rimandæ in omnibus, cum maxime se con-  
cordant

cordant cum eclipsationibus sui temporis in quibus uis est coelestis occulta, & non in omnibus intellecta, eo magis de illis siue illorum qui debiles in radicibus luminaria habuerunt, uel luminare eclipsatum in reuolutionis anno. Remouentur etiã quãdoq; effectus directionis in esse boni uel mali à forti reuolutione & contra conuertuntur. Ideo astutum esse oportet in iudicijs reuolutionum, qui iudicia pronunciat.

Magna reuolutio est illa, quæ confortata est ab ebenijs primæ magnitudinis & existentibus in latitudine zodiaci, siue ab illis existentibus in cenith capitum nostrorum uenit effectus, Maiorq; cum significator principalis cum illis manserit. Maxima uero quando cum istis stellis zodiaci erit latitudo nec longitudo ulla.

Mouet homines ad idem reuolutio quãdo significator rei ad locum eundem suæ radicis reuertitur. Et tanto magis durabilior est res significati, quanto figura reuolutionis fortior cum figura radicis configuratur in esse rei promissæ.

Non trades iudicium de forma, si prius non Solem considerabis, nec de qualitate & accidentibus si non Lunam. Quia per Solem formam, & per Lunam materiam habemus, postquã misces iudicia aliorum significatorum experientiorumq; tuorum non post ponendo regiones situs & loca natorum generationes progeniesq; eorum.

Natiuitates quæ in apparitione cometarum erunt habentes angulum ascendētis illius siue medijs cœli signi in quo uis cometa apparuerit & dominus domus & dominus exaltatiōis fortis illius anguli erit. Natis indicabunt aliquid aliud singulare, maximum uenturum ultra significatum propriæ figuræ, & si ceciderit illud signum in ascendēte, & cometa habens motum uehemētem in decima siue in hemisperio, regem significabit uenturum esse. Si in nona maximum pontificem, si in undecima ductorem gētium. Et si hoc solum fortunæ disposuerint sine damnatione infortuniorum, affirmandum est aliquid diuum ex illo esse uenturum, fortificanturq; significaciones cum prope cingulũ zodiaci aut in

aut in linea cenith capitum nostrorum apparuerint.

Mutatur regna & dominia fides sectarumq; ac opiniones hominum, dũ mutantur auges planetarum de signo in signum dico illarum gentium, quarum significator erit planeta augis permutatæ. Mutatioq; erit ad bonum uel ad malum secundum naturam significatorum cõiunctionum superiorum illorum temporum & secundum naturam signi mutationis.

Duraciones effectuum prophetarum erunt secundum annorum maximorum illorum significata. Si fortes extiterint in natiuitatibus eorum miscēdo datum domini domus & domini exaltationis una. Si debiles uero quamuis illi boni essent, tamen tempus breue designat permanere leges & dicta eorum.

Nunquam erit propheta fidelis nec pontifex, siue dux ecclesiasticorum, qui Saturnum retrogradum habuerit in nona uel in ascendente, quanquam omnes formæ bonorum essent in significatoribus ceteris tam in secundis quàm in erraticis stellis, nec credendum est uerbis eorum, sed fugiendi sunt. Magna res est retrogradatio infortunarum, peiorq; extra domum suam, Pessimaq; in loco in quo nullam habet dignitatem existentium in istis duobus locis.

Vehemens in deum trahit caput in cuspide hemisperij, magisq; dum dispositor loci fortis ex dignitate & angulo extiterit, maximeq; quando Iupiter cum ipso erit parua latitudine & in domibus suis, siue exaltatione sua, ij sancti sunt & annexi uirtute specifica deo ex uentribus matrum. Hoc idẽ facit in ascendēte, sed non tanti nominis & gloriæ.

Fœcunditas in prole designata ex dispositione quintæ nulla aduersitate infortunarum ibi disponentium siue radiantium existēte, & religio siue ducatus ecclesiasticorum raro, siue nunquã in uno subiecto assignandæ sunt, si uero religio & honestus ducatus fuerint assignanda, transit uirtus prolis siue quintæ in adoptiuos uelut pater multarum gentium & pater patriæ.

Dico ego quòd Mercurius in Ariete extra radios Solis, siue incombustus ibi Sole existente forti, fortisq; Mercurio sine in

fortunio Martis, si in medio coeli extiterit facit uirum supremi ingenij se ipso acquirentem scientiam, & forte si in ascendente Leo, & in secunda tenens gradum erit, poterit ex acumine ingenij ex auri fonte aqua dulcissima manare, agilitatemque dat in scientia stellarum, non tamen appreciati nominis est, nec ideo in bellicis\* ut multi iam affirmarunt. Mercurius quidem per se planeta debilis est, tamen confortatur & transmutatur in alterius naturam per dispositionem & essentiam. Transmutatio uero optima est, si cum optimo transmutatur. Hanc quidem solū demonstrat ingenium nati in tempore partitionis sui dispositio secundum naturam suae essentiae, magis quam ante hoc tempus, in domo quidem propria, etiam ab incunabilis signum demonstrat.

19

Ille nunquam avarus fuit, qui non ex infortunis uel ex domibus infortunarum significatum habuerit suarum diuitiarum, No\* avarus fuit qui ex Sole uel Lunae significatum diuitiarum habuerit.

20

Natiuitas non laudanda est, si fortior fuerit dominus duodecimae domino ascendente, non apprecianda est natiuitas, quando nullam dispositionem dominus ascendente debilis de domino duodecimae habuerit. Natiuitas parvipendenda est, quando dominus duodecimae disponit dominium ascendente debilem, ipseque fortis trahens ad se dispositionem formae siue figurae.

21

Nunquam te ipsum iudicabis, magis potens est amor quam forma planetarum. Iudicia tui comenda perito magis natura quam arte, consilio periti huius scientiae quiesce, si septimam ipse non impeditam ab infortunis habuerit.

22

Non confides dare iudicium de uita siue alchocoden per iudicia domini domus hylech, si prius non consideraueris dominum exaltationis. Vidi quidem Lunam in Piscibus hylech iunctam Ioui parua distantia in cuspide anguli quamuis septimae, & mori ante finem octauae anni, Venus quidem in Scorpione fuit.

23

Planetarum aspectus non habentium latitudinem, sed manentem in linea ecliptica, gradus ipsius ecliptice accipiendi sunt in eorum

eorum aspectu, illi uero qui distant siue declinant in septentrione uel in meridie aspectus eorum erit distantia suorum centrorum unius ab altero\* quae distantia non cum gradibus eclipticae correspondet, nisi aequaliter essent in latitudine una, oppositiones uero istorum tam existentium in ecliptica quam habentium diuersas latitudines, uidelicet, unius septentrionalem alterius meridionalem aequaliter in gradibus & minutis oppositiones uerae sunt. Sed si omnes declinant in una parte siue latitudine aliqua distantia, quamuis sint in gradibus oppositis, tamen inter se nulla est oppositio, si distantia erit maior ab ecliptica quam corpus planetae, & hoc accidit quando nullus effectus oppositionis apparet, propter ut diximus eorum latitudines.

24

Oppositiones uero infortunarum in diuersis latitudinibus terribilis erit effectus earum, demonstrabunt inducentque effectus uelociter interficientes & auferentes uitam, siue dum alter duorum dispositio domini ascendente fuerit siue non, dummodo auroritatem in octaua habuerit, non tamen inducunt effectus, si leuior iam recesserit ab oppositione, quamuis paucis gradibus, sed timorem & extremum periculum inducunt. Alleviant hoc malum in parte, aliquando in totum, si Capricornus ascendens fuerit ad iutorio tamen infortunarum manu tenet gradum ascendente.

25

In omni re, potissime in omnibus natiuitatibus imagines ascendentes in horizonta considerabis, quia in animis earum effectus ualde imprimuntur maxime diuerraticae cum ipsis assimilantur in natura & in forma, & quando cum ipsis faciunt, idemque stellae fixae primae magnitudinis existentes in latitudine zodiaci simul, & una ascendentes cum ipsis, est quidem iudicium harum occultum, nec uidi his temporibus nostris aliquem, qui ad hoc uerteret ingenium.

26

In omni esse anni cum Mars puenerit in signis humanis maxime in Virgine tempore quo Sol erit in Scorpione. Si Mercurius dominus loci Martis & Venus quae exaltatur in opposito retrogradebuntur in Scorpione. Morbum crudelissimum esse designat, potissime in illis locis, in quibus erit uel Virgo uel Scor-

pio, uel Pisces in ascendente suarum radicum. Idē faciunt Gemini & Sagitarius, si Iupiter combustus in hac figura associatus erit. 27

Utrum oppositio diametraliter duarum infortunarum, ut diximus interficientium & auferētium uitam fortior est Sole, ipso hylech existente, & alchocoden in cuspide digniorum angulorum, ad huc incertum est nostris experimentis. Ratio tamen & uis naturæ cum Sole est, tamen tale esse oppositionis timendum est. Magnus quidem tygris in modica thyriaca. 28

Signa æquinoctialia & tropica sunt ascendentiæ regnorū mūdi per ea quæ imperia eorū principia habuerunt & fundamenta earum urbium ciuitatesq; cæteræ, quo in principio suarū ædificatiōum ex istis habente in ascendente, omnes imperio proprio conantur dominari, regereq; se discordieue regnorum propter oppositiones signorum suarum ædificationum sunt, nec unquā inter hos homines concordia est, quamuis debilior a potentiori funditus diruatur dominaturq;. 29

Diuisiones & intestina bella eorum eueniunt, quia quodlibet signum istorum dominium domus habet, & dominium exaltationis non unius naturæ siue temperie, ex hoc ut plurimum terminant in crudelitate & sanguine per intestina bella, si non ante a potentiori, uidelicet ab opposito eorum signorū diruantur, minus in hoc nocet Cancer. 30

Imperia & reges eorū sunt ex signis mediū cœli, siue ex signis, nonæ eorum, uel ut religiones fidelitatesq; iusticiæ ab istis duobus locis sunt, nec in hoc te immemorem esse uolo, quod urbs Romana a Capricorno & religio Romanorum a Libra assumptæ principium, uelut Africa a Cancro & religio eorum a Piscibus orta est. 31

Sunt amicitia & concordia regnorum, id est, unius cum altero aut ab aspectibus eorum ascendentiū amicitia aut concordia naturæ suorum dispositorum, uel a quadam forma substantiali suarum figurarum terminante in uno complexo. 32

Nunquam iudicia ascendentiū dimittes, si etiam ultimum minutum

nutum signi ascenderit nunquam obliuiscaris de signo participante in ascendentiū partitione, quamuis alter sit ascendens in cuspide, nunquam immemor eris de natura mixta duorum signorum participantium in horis, est eademq; ratio in omnibus dispositoribus suis. 33

Coniunctio duorum superiorum in terminis Saturni boni aspectus luminariū temporis & dispositoris si in prima ceciderit cum aliquo aspectui Mercurij directi uelocisq;, demonstrabit natum supremi ingenij profundæq; memoriæ, & summæ imaginationis & contemplationis. Si in decima famosum dominium uel magisterium tenere siue habere, unde sic in omnibus locis circuli siue participationis designat natum ab illis præminentē in significatione illius partitionis esse. 34

Raro siue nunquam sublimantur homines quamuis uilis progeniei reputentur siue apparent, si non ab radice aliquorū præteritorū habuerint figuræ eorum exordium siue radicem uel concordia, & si aduenerit aliter, non finem bonum nec famosum, quod dignū exiuerit ex eis. Nam formæ cœlestium corporum, nō in uno ictu, ut ita dicam, aliquid perfectum deducunt. Genera & species habent dignitates, uirtutes & mores, ex quibus causantur indiuidua earum quæ a longe in prope descendunt uirtute uultus cœlestis secundum formam & regulam omnium causatorum & indiuiduorum ex propria radice siue genere. 35

Diuisæ sunt generationes hominum per coniunctiones superiorum, maiores mediæ & minores secundum quod magis in uno indiuiduo quam in alio descendunt per participationem suarum figurarum, unde supremi digni, & communes homines assumpserunt ab illis naturam conditionis, deinde per tempora rotantur secundum hanc dispositionem & transmutationem figurarum corporum cœlestium. Cum ergo ex aliquibus istorum generum erit figura nati configurata cum formis suorum principiorū, renouatur illico, illa sublimitas & gloria illius primæ demonstrationis, secundum ut diximus naturas trium coniunctionum superiorum diuidentium species qualitatum hominum

in tribus. Sunt uere filij dei, qui à maxima coniunctione descenderunt siue originem traxerunt, non hic de horoscopo ut in libro de ciuitate narrat, uno in conuenienti dato plura fecuntur. 36

Deteriorantur genera hominum per transmutationes illarum magnarum, cum succedentes inimicabiliter configurantur cum figuris prateritarum, unde una rota ascendunt & descendunt, quæ perpetuo nec uno esse, nec una forma rotantur. 37

Electioes regum de hora intronizationis, aut de hora prælij uel de obsidione urbium, fac configurare cum radicibus suorum regnorum, aut cum radicibus coniunctionum superiorum propinquis à suis primis progenitoribus & cum radice propria. Sed si non cum figurationem bonam inueneris in tuis temporibus magis fac, ut concordet cum radice sui regni, siue suorum primorum quàm cum cæteris figuris. Tamen si unam formam uniuersalem conformem his radicibus optima conformitate nõ dubites de uictoria & gloria harum electionum. 38

In octaua Solem nunquam accipies pro hylech, nec dispostorem pro alchocoden, quia nulla uita nec tempus ab eorum effectibus descendunt in indiuiduis, quia in loco mortis, non uita assignanda est, quanquam respicerent ascendens trino. Casum magnum uitæ est partitio octauæ, & nulla spes uitæ in ea est. 39

Similiter regna uel ædificationes urbium regnorum Sole existente in octaua modice durationis sunt, & id quod in ædificationibus assignamus idem de intronizationibus. Cauendum est igitur in omnibus rebus uel figuris, ut non in octaua Solem ponas, si per electionem durationem temporis esse desideras. 40

Nulla diuisio circuli tã pessima tamq̃ crudelis in omnibus q̃ octaua est, bene ergo fecerunt qui de fortificatione octauæ per fortunas scripserunt illis qui ad aliquem locum se transmutant causa lucri, siue utilitatis. Sed equidem pessimum erit, si introeundo ibi Solem cū suo significatore damnaueris, nõ reuertitur ad patriam si hoc acciderit. 41

Nullum lucrum ab octaua habebis, nisi ex mortuis aut à mulieribus

eribus tuis, quia secunda à septima est mulierum nullum lucrum ab octaua inuenies nisi dominus octauæ in secunda tua erit & tamen fortuna, nullum lucrum inuenire posses, nisi dominus ascendentis & dominus octauæ configurationem bonam secundum rem quæsitam tuam habuerint. 42

Dico ego. Nunquam gloriam & excellentiã completã habebis à Sole, nisi in his tribus locis, uidelicet, in prima in decima atq̃ in nona. In his tribus ex uirtute specifica aliter infundit excellentiam propriam, quàm in alijs angulis uel locis. Ideo in omni natiuitate in qua Solem inuenies, in locorum uno istorum trium, prudenter ipsam considerabis, nam iudicia Solis non sunt obliuioni mandanda. 43

Quantum nobilior est ignea triplicitas triplicitate aquea, tantum dignior est aerea triplicitas triplicitate terrea. Ideo cum uideris tres planetas fortes in triplicitate ignea, non festines iudicium, nec idem tradas in rebus paruis, & maxime si Sol & duo de superioribus in ipsa triplicitate manserint. Idemq̃ ut diximus si tres in aerea triplicitate cum Mercurio manserint, de ingenio & sublimitate scientiæ certificabis tuo iudicio præeminentes, & enim sunt hæ duæ ab alijs duabus, prima quidem in celsitudine & gloria, secunda uero in bonitate & profunditate ingenij. 44

Cum superioribus nunquam iudicia de paruis rebus trades, cumq̃ inferioribus de rebus magnis, uilescunt tamen superiores per dispositionem inferiorum, uti magnificentur & amplificentur uirtutes eorum, inferiores per superiorum dispositionem. 45

Manent uirtutes & significata erraticarum, si non cõbustas & retrogradas has stellas inueneris, bona uero deteriorantur, malaq̃ amplificantur, quando in his figuris & tali esse dispositæ sunt. 46

Omnes figuræ quæ fuerunt uel sunt in tempore transmutationis augis sui significatoris aliquid aliud dignum additum est quàm significatum propriæ figuræ. Considerare ergo sapienter has transmutationes in omnibus iudicijs, in omnibus formisq̃ necesse est. De his autem in alijs mentionem fecimus, 47

Subli



Sublimantur rerum supernarum significata, quando per angulos aut per significatores fortes sunt fortificata. Si fortificans erit fortuna, siue infortuna redacta ad naturam fortunæ & contrarium iudica, si contra has dispositiones inuenieris. 48

Iudicia nostra non tibi tãquam legem tradimus, sed ut sis memor in figuris & accidentijs corporum superiorum. Iudicia nostra non te necessitant, sed futura demonstrant. Iudicia nostra satis profunt, si cum natura & arte ipsa amplecteris. 49

Nõ credas precise, inuenire tales figuras, quas scripsimus, sed prope & similes his. Constitue te ergo inter has & illas medium uelut iudicem peritum à natura & arte. 50

Labora in addiscẽdo alia uniuersaliora, posteaq; nostra considera, labora in cognitione multorum authorum, deinde iudicia nostra iudica, labora, rimare quæ in alijs dicta sunt, in finemq; nostra non obliuiscaris.

¶ Pars secunda.

Post cognitionem authorum in experimẽtis si studeas, te certificabis in natura rerũ, sudare te oportet, si peritũ in hac re te esse desideras. Tempus em̄ studiumq; simul & natura ad optimũ unum inducit addiscentem. 51

Fortificabis tua significata, si de loco uili indignum te transferes. Nan non effectus nobilis figuræ agnosces, si in locis in quibus exaltantur homines secundum legem eorum locorum manseris, dum lex numerat subleuandos. Liber quidem hoc diuum coelum est, tu quidem uero cum libris ingenium asuesce. 52

Crede noli figuras coelestes totaliter effectus habere, nisi tu sapiens adiuuabis ipsas. Sapiẽs adiuuare potest coelestes formas, uelut prudens agricola terram per culturam agri, effectus tamen inest semp̄ temperato iudicio. 53

Erit quidem agricola cum coelestem formam optimam habuerit maior in rure suo, uelut ciuis, idem fermẽ in ciuitate. Filius uero principis Dux, siue Rex suarũ gentium, mutanturq; hæc ad altiore

altiore locum, si ad loca apta nata ad rem trãsmutantur. Ideo ex una forma multotiens diuersa procedunt iudicia, de hoc autẽ in alijs diximus aphorismis. 55

Non solum per reuolutiones annorum ciuitatis uel mũdi aut sectæ cognitionem futurorum habueris, oportet enim directiones ipsorum principiorum considerare. 56

Intestina bella & discordiæ ciuitatum per ascendentis directionem & gloriam & dominium per circulum directum consideranda sunt. Habent enim maximum effectum, quando directiones cum reuolutionibus concordant. 57

In qualibet reuolutiõẽ ciuitatis uel regni, in qua signum ascendentis ceciderit in partitione octauæ, & directio illius temporis ibi in octaua existens, & Mars, crudelissimas esse discensiones & effusionem sanguinis in illa iudicandum est. 58

Mouentur noua mala in ciuitate, quando directio peruenerit ad quadraturam, uel ad oppositiones infortunarum peioraq; quando ad ipsas infortunas directio peruenerit retro gradante, infortuna non existente significatrice in radice illa, scilicet, ascendentis ciuitatis, nam suis non tantum nocet. Pessimum omnium si directio ad ipsas infortunas simul cum ipsis & ascendente, ut diximus in locis timendis ceciderit, & maxime in octaua. 59

Figura natiuitatis erecta per instrumentum siue per astrolabium, & si discordauerit cum aminodar tenenda est pro radice, tamen iterum dirigenda est secundum locum aminodar, & amibabus utere in reuolutionibus, ut per accidentia annorũ te certifies in fortiori hora dico quãdo distantia sunt non parua atq; notandæ, cum mutantur facies uel signum. 60

Directiones etiam fiendæ sunt per gradus æquales, uel ut de parte fortunæ, ut magis rimatum iudicium perueniat, quanquã omnimodæ non admittendæ sunt directiones antiquorum iam superius descriptæ, considerandæ etenim sunt utraq;. 61

Fortior est figura reuolutionis aut radicis quã fridariæ descriptæ & diuisores à multis si simul contrariantur. 62

Nullus effectus siue paruus à reuolutione, uel ab alijs significatoribus



toribus erit, quod non primum à radice habeat exordium. Iam in primis de hoc patefecimus quare summa diligentia radices cōsiderandæ sunt. 63

Vniuersaliores homines sunt habentes erraticas stellas in diuersis partitionibus quàm adunationem earum plurimarum in una. Sed ij quidem in una re, siue in re illa illius partitionis magis præminentēs erunt, dicimus hoc cum in esse bono erunt utraque formæ. 64

Fundamentum principale in reuolutionibus annorum mundi est introitus Solis in primum punctum Arietis, porro multa necessaria ad hanc inquisitionem sunt, & scientia multorum experimentorum & cognitionum superiorum præteritorū temporum & magnarum eclipsationum profectioumque. 65

Natiuitates quæ bonæ configurantur cū figuris annorū mundi siue reuolutionibus annorum mundi existente bono esse, indicant nato præminentiam ab alijs, et potissime si Solem nō extra principium Arietis habuerit. 66

Natiuitates quæ configurantur cum propinquis figuris duorum superiorum coniunctionū, & maxime cū illis quæ fuerunt in mutatione triplicitatis in triplicitatē, deducūt natos in famā eorum temporum. 67

Natiuitates quæ configurantur cū coniunctionibus Saturni & Martis & triplicitate ignea, uel in Capricorno deducūt uiros ad animositatem & ad arma magis quàm in alijs locis siue triplicitatibus. Et si cum hoc Iupiter Solque configurantur, deducunt ad principatum militiæ, & ad ducatum armorum strenue summaue fœlicitate. 68

Natiuitates quæ Solem cum uno trium superiorum coniunctū essentialiter, & sine latitudine planetæ illo eclipsato à Sole sic in corde habent, ad altum gradum demonstrant peruenire natos, si fortes in uno dorum digniorum angulorum extiterit, uel in gaudio Solis, secundum tamē naturam cui coniunctus Sol erit. 69

Cauda in secunda una cum Luna uirum facit dispensatorem substantiæ suæ secundum naturam tamen illius planetæ, qui signo

signo dominabitur. Idemque Mars in secunda, & Sol siue cum cauda siue non sint, sed hoc dictum est, dum Mars uel Sol extra domum uel exaltationem suam erit. Venus quidem in locis proprijs per rapinam & auariciam designat substantiam, alter cū honore et laude acquirit, quanquam delectatur semp in dando ut alter in dispensando proprio appetitu, sed nuncque sic dispositi paupertatem designāt. 70

Non solum per secundam prosperitates siue diuitias iudicabis, Sunt quidem dona, magisteria & dominia, quæ per secundam non iudicantur. Pars uero fortunæ etiam significationem propriam habet, dico de illa quæ die noctuque à Sole in Lunam dirigitur, affluere proprias diuitias & assignare facit. 71

Per decimam solū de dignitatibus pacificis & honoribus non præsumas tradere iudicium nisi prius Iouem considerabis. Porro ipse per bonitatem suæ naturæ propriæ has infert. 72

Si Dux natiuitatis Iupiter erit, siue dispositor totius fortisque ex angulo & existentia, piū, iustum, uerum, fidelem iudicabis natum uenturum nullæ poenitæ indigentia uictus, & hoc contra faciunt infortunæ malæ dispositæ. 73

Luna in Ariete in octaua indicat calidam infirmitatem in capite & in pectore non euadet, in principio ægritudinis, si in hac dispositione fuerit nonque perueniet ad decimam nonam diem. In natiuitatibus uero si ipsa erit luminare temporis in hac figura non longæuum designat, sed potius mori ante completam iuuentutem, siue ante ætatē effusionis spermatis siue seminis. 74

Mora in utero matris maior, non ultra erit motum solis per nonam partes circuli zodiaci, uidelicet, à primo puncto effusionis seminis usque ad horam exitus de uentre, ne credas hoc aliter esse ex cursu naturæ, quanquam quàm plurimi non hoc modo dixerūt, nescio qua ratione, qua radice, quibusue experimētis, cursus quidem naturæ seruandus est, & ratio Physica, Astronomica, ut demonstrauimus in opere Practicæ huius cōpositæ nostræ. 75

Maius impedimentum quàm esse possit in dandis filijs significator in quinta retrogradus est, siue combustus, quod peius est,

peſſimum quidem ſi erit infortuna .

76

Coniunctiões totius anni oppoſitiõesq; & quadraturas ſi de qualitate temporis iudicaturus ſis, neceſſe eſt ut conſideres. Per has autem cauſantur diuerſæ tranſmutationes temporum. 77

Non obliuiſcaris ſtellas fixas & gradus nonæ ſphæræ immobiles, in quibus ſiunt eæ coniunctiões & quadraturæ, uirtutes manſionum miſcendo. 78

Effectus eclipſationis ſolaris in gradibus aſcendentis reuolutionum natiuitatum apparet in illis recto reuolutionibus quæ ante horam eclipſis erant, nõ tranſcendit effectus talis eclipſationis in quibus non eſt in hora, in qua fuit eclipſis ſine determinato medio. Non ſentit pondus, ut ita dicam, talis umbræ arbor uel ſemen, qui ad huc radicem non emiſit, ſed cum alterata ſint ab eclipſi elementa, & ea quæ in reuolutione anni naturæ exiſtunt ſiue eſſe debent alterantur. Alteranturq; eæ quas diximus reuolutiones ab illis elementis alteratis, dum non fortem hylech habuerint radices, unde non immediatæ, qui tales reuolutiones habent, ſed per talia alterata media alterantur. Vnde ad hoc fugienda ſunt loca, in quibus effectus peſtifer eclipſationis ineſt, 79

Cum in aere apparuerint uapores denſi, uelut fumus directi in altum forma rotunda & longa, uel ut ſtriçtæ pyramides perpendicularares, ſintq; erectæ in altum aſcendentes, iudicabis cito terræmotus uehementiſſimos uenturos eſſe. Sunt enim uapores de natura Saturni in domibus Martiſ & potiſſime in Scorpione, erunt quippe terræmotus in illis partibus, in quibus uidebis illos uel longe parum à loco illo. 80

Non conſidas de loco Martiſ per calculationem ſolam, ſed per inſtrumentum & per ſuæ coniunctiões cum altero planeta uel ſtella fixa \* non adhuc rectæ inuentum eſt per tabulas uerum locum eius ſine errore, quam pluries error in eſſe Martiſ. Magnum quidem eſt & maxime cum de coniunctiõe eius iudicaturus ſis, uel quãdo in corde Soliſ ipſum reputabis, 81

Coniunctiões aliquorum corporum cum altero, non per lineam

neam horizontis ſiue per aſcenſiones regionis aſſignantur, ſed per lineam diuidentem zenith in duabus partibus tranſeuntem per utroſq; polos. Quare multotiens non coniuncti in horizonte uidentur, & uere ſunt, inſtrumentum enim ſphæræ ſolidæ faciliſter hoc certificat. 82

Summa diligentia quære coniunctiões Saturni & Iouiſ ꝑ cifæ in minutis & ſecundis, & ultra ſi potes uel ut potes ut non erres in ſigno aſcendentis eorum cõiunctiões hoc propter tarditatem motus Saturni. Sin autem aliter, incideres in errorem maximum. Sunt idem conſtituendæ coniunctiões malorũ in Cancro. 83

Magis uirtus ſtellarum fixarum ſeptentrionalium funditur quàm meridionalium, cauſa uero eſt propinquitas cenith, & uirtutes quæ inter cenith & lineam uitæ ſunt magis quàm inter hanc lineam & meridiem, propter uirtutem perpendicularitatis, nec fortaliſ uirtus eſt perpendicularitatis, ſed innata & ſpecifica uelut illarum quæ ſunt in ſignis oppoſitiſ, & ipſæ inter ſe diametraliter oppoſitæ, quæ designat æquales parallelos in aſcenſionibus ſiſ. 84

Si aliquam rem uiſ facere uel formare ſumma uirtute ſpecifica apta quantum potes cum fortunis & cum figuris ad talem rem qualem ueliſ formam ſiue uultus cœli ſimilem formæ ſiue rei fiendæ, nec diſcordare facies formam finiſ operiſ ſiue figuram cœleſtem à forma principi, & ſi hoc erit mediũ idem erit. 85

Non ſemper in omni tempore quas quæriſ figuras cœlorum habebis. Tempus enim has inducit, porrò melius eſt per totum tempus uitæ manere quàm rem uanam componere. 86

Si feſtines apta formas ut diximus in compoſitione operabiliũ, ſed in imaginibus fiendis tempus oportet ad rem quæſitã. Non aliquid eſt ſi perfectum non eſt, namq; non omnes uno tempore fuere, nec unam rem omnes fecere quanquã ſciuiſſent. 87

Infortuniſ magis utendum eſt quàm fortunis, in rebus magicis ſi honeſtæ credimus eſſe, nec tamẽ uilipendes fortunã. 88

Res multæ ſunt, quæ non uidentur ratione naturali eſſe, effectus

Etus quidem earum per formas superiorum corporum considerare possumus, habereque eas, si in tempore proprio inuestigatae quaesitaeque sint. 89

Nō modicam scientiā superiorū habere conuenit, qui multa ad effectum ducere uolunt, uelut ignis & malleū artificii, ita haec scientiā ingenioso necessaria est. 90

Quare cum ipsa sciētia Astrorum id quia necesse est in omnibus ea uti, quærere contingit multa qui hāc propriæ uim animæ didicerunt, Facient quidem multa qui à natura & ab arte ad illā ducti sunt. 91

In omni morbo Luna consideranda est, uelut Iupiter in omni gloria, Luna in opposito Martis morbos uenenatos inducit sicut in signis igneis, terminanturque cito, & raro ad uitam Luna iuncta Marti in signis aereis & potissime in geminis incisionē ferri seu percussione demonstrat. 92

Detestabilissimæ sunt figuræ infirmitatum, quando ambo luminaria in opposito duarum infortunarum ac utraque malo aspectu. 93

Per applicationē Lunæ ad fortunas non dispositas ab infortunis uincitur natura morbi, per separationemque ab illis, & applicationem ad esse infortunarum, causatur mors. 94

Fiūt que fortunæ infortunæ i morbis quā ipse morbus de natura fortunæ, siue de natura suæ significationū erit, et in hoc in fortunæ fortunæ sunt, quia contraria contrarijs curatur effectibus. 95

Coniunctio luminarium in signis Martis, uel in signis humanis Venus Mercuriusque ibi reterogadi morbos inducūt, terminantes omnino ad mortem, & si illa coniunctio erit in Ariete ducet infirmum extra mentem sine spe. 96

Mars in ascendēte hora infirmitatis in capite designat morbum siue in facie uel in aliqua parte capitis esse cognosciturque per aspectum aliarum erraticarum, Infirmitas quidē erit ad mortem uel ad uitā secundū esse dñi ascendentis & Lunæ, Hæ uero significationes infirmitatum paruam moram siue terminum habēt. 97

Vapores accensi per aerem currentes siue in forma cometæ, siue

siue in alijs formis infirmitates calidas acutæque naturæ designāt præliaque & discessiones regnorum & ariditatē fontium fluminumque. Currētes uero hinc inde per omnes partes malum uniuersale demonstrāt, si in una magis quā in alia, in illa erit magis significatum, sed si omnes igneitates in una parte discurrerint, in ipsa erit extremitas omnium malorum simul & fa- 98

Signa quæ uidentur in cœlo uel in Luna, aut cū alijs stellis quæ apparuerint extra motum & cursum naturæ, sed alio modo ut ita dicam, ignoto uelut cruces uel rotunditates circulares, uel sicut columnæ uel aliæ formæ, si horam considerabis in qua hæc apparuerint comprehendes certificabisque te in significatione harum, quamuis quod nunquam eæ eueniunt sine magna mutatione regnorum illius climatis in quo apparuerint. 99

Corpora monstruosa & portenta, quando ultra modum acciderint, hoc idem indicant, ut dictum est in in alio, horaque ipsorum consideranda est, nihil accidit, quod non à corporibus supercœlestibus designetur effectus. 100

Tempus omnium istarum rerum apparitionum quantum ad effectus earum cognoscitur per essentiam Saturni, per essentiam Iouis et per coniunctionē Martis cum ipsis & per retrogradationes eorum, directionesque atque combustiones, nec non per eclipsationes maiorum, scilicet, Solis in Leone uel in Ariete quando totum corpus notabiliter obscuratur.

Finit pars secunda primi libri.

Incipit

## INCIPIT SECVNDVS LIBER.

**P**\* Er alias hos quo ego quos noas appellati, sunt quidē cō-  
plementum non indignum aphorismorum nostrorum, ut  
secundos in opusculo hoc posuimus quod tibi domino dignissi-  
mo meo dedicaui. Nam & ij a te uidentur erant, quanquam cū  
istis iudicia probaui multa, ego quidem hos humanos siue man-  
suetos uidi, quos diximus ad agriculturam. Quare operæ pre-  
cium duximus, si magnificatum a te erit. Namq; si indomitos  
sylvestresq; hos nostros cognosces, congruum esset, ut a te uili-  
pensi sint mittendiq; ut dissipentur magis quam odio habeantur,  
porro tollerat dum diligit quisuis. 101

Sol uita naturæ magnipotens in Leone, sed equidem in Ari-  
ete uirtus & origo nascentium est. 102

Luna in Cancro uelut Sol in Leone & in Tauro, sicut ille in  
Ariete dignitatem tenet. 103

Potentes magis sunt planetæ in angulorum cuspidibus carē-  
tes omnino dignitatibus quam in cadentibus siue gaudijs in do-  
mibus & exaltationibus suis. 104

Dant dona sua in cuspidibus angulorum planetæ, sine tamē  
honore & gloria peregrini. 105

Planeta in casu suo in cuspidibus digniorum angulorum, iudici-  
um suum retardat, non tamen infortuna. 106

Melior est natiuitas fortis ex angulorum fortitudine, quam  
ex fortitudine dignitatis angulorum cadentium. 107

Interrogatio fortis est, dummodo significator rei fortis in re  
quæsitâ sit. 108

Inuanum est interrogatio facta quando figura extra propo-  
situm est. 109

Error maximus iudicantis est cum debilis est significator suæ  
radicis & septima. 110

Vanæ equidem interrogauit & non ex corde, cum fortis pla-  
neta in figura & diuisio circuli non idem bonum uel malum, ut  
petit. 111

petit assignat. 112  
Horæ dominus & Luna mouent principaliter natū somno-  
rum equidem uacua cursu. 113

Horæ dominus in natiuitatibus est finis iudicij aminodar, cū  
dubietas est temporis. 114

Non est religio bona cauda existente in nona incognita est et  
cooperta. 115

Magis nocet infortuna q̄ fortuna. prodest, ideo prudentē te  
esse oportet dum mixtæ significationes sint. 116

Iupiter filios dat, sed retrogradus siue peregrinus nō pie, nec  
humaniter tractat. 117

Fortuna multiformiter infortuna efficitur, sicut infortuna for-  
tuna. 118

Infortunium non cognoscimus ab infortunis existentibus in  
domibus suis & dignitatibus dummodo aspectus quadratus nō  
est nocentium uel oppositus. 119

Magna combustio est dum Saturnus comburitur. 120

Mars in Cancro combustus crudelissimus est. 121

Mouet linguam balbutientem Mercurius cōbustus. 122

Planeta intelligitur in corde Solis, dum non exiuit de diame-  
tro ipsius non malum inferens. 123

Efficitur Mercurius & Mars Sol per corporalem coniunctio-  
nem in eorum domibus siue exaltationibus. 124

Timendæ sunt mulieres habentes in natiuitatibus suis plane-  
tas in locis masculinis. 125

Non considerabis unquam in homine uitam sine uirtute Solis  
& Lunæ. 126

Miscentur uirtutes aliorum planetarum in dando uitam, quā  
do planetæ tribuentes fortes sunt. 127

Profunda scientia per Saturnum habetur uelut per Mercuriū  
nugacem. 128

A Ioue praelatura, & austeria religio a Saturno est, uelut boni  
mores ab Ioue, prauis uero a Marte male disposito sunt. 129

Mulieres ex natura innata instabiles sunt. Instabilissimæq;  
y dum

dum ascendentiā earum bicorporea sunt pessime quidem, dum ascendentiā significatoresq; in bicorporeis existunt, non tamen fortuna libera, suntq; demones, dum Venus, Mars & Mercurius in hac forma associantur. 130

Valde considerabis Venerem iunctam Marti, Mercuriumq; radiantem siue disponentem in omnibus figuris si tres mores inducunt propriae. 131

Natiuitas mala non erit si Iupiter in medio caeli erit. 132

Duo planetae significatores in domibus siue exaltationis bonā natiuitatem affirmant esse, optimamq; tres, regiam uero, si si tres superiores sunt & in angulis. 133

Pars fortunae & caput si fortes clauis sunt figurae. 134

Fortificatur omnis significatio dum fortificati sunt significatores uel anguli medij caeli & ascendentiā a bebenijs primae magnitudinis. 135

Non terminatur in malum significatio stellarum fixarum quando fortunae & planetae significantes bonum cum istis bebenijs erunt. 136

Mutabit aedificatio ciuitatis per tempus promissum, si significator temporis in domo siue in exaltatione sua erit liber ab infortunijs. 137

Mutantur regna per apparitionē cometarū in signis regijs, dū mouetur motu sensibili, & de uno in alio signo & magis, quādo quāmplures unā in uno erunt anno. 138

Acquirat regnum Mars per crudelitatem & rapinam, Iupiter uero per iusticiam & bonitatē. Saturnus quippe per laborē & infamiam. 139

Inferiores nisi colligati sint superioribus, regnū nō dant. 140

Diuitias regias per Solem & Lunam, & non per alium solū significatorem cognoscimus, quia Sol dat aurum, Luna uero argentum, & alij alia mineralia dono proprio. 141

Ingenium excessiuum iudicabis in natiuitate, dum dominus nonae & medij caeli idem erit, uel una se habuerint bene dispositos cum domino ascendentiā fortes non currente Mercurio ad combu-

combustionem, et maximum quid si cum hoc in domo Saturni erit Mercurius. 142

Famosi uiri sunt cum in radicibus suis Luna recipit lumē omnium planetarum. 143

Praelatura pontificatusq; per Solem & Iouem per nonam & decimam erit. 144

Itinerantes in longinquis partibus reuertentesq; sunt, qui nonam habent fortunam. 145

Mutationes duorum superiorum de triplicitate in triplicitatem praeteritae erunt, ubi exempla in praesentiae cum figuris coequantur considerato tantum motu octauae sphaerae. 146

Rimari te oportet radices multarum natiuitatum, si rectae iudicare uelis, quia per exempla uirtutes caelorum demonstrantur. 147

Tempera te in dando iudicium cum inter bonum & malum parua est differentia. 148

Propheta erit quippe in dando iudicium, cum Sol & Iupiter in radice promiserint septima non impedita ac impedito Saturno. 149

Non dubitabis de filijs si in quinta fortuna, uelut de diuitijs & abundantia, si in secunda erit. 150

Genus auariciae est Mars, Saturnusq; cōiuncti in duodecima uel in septima. 151

Largitas & splendor est a Sole & Ioue cōiunctis in secunda. 152

Est Venus fortuna mundi Iupiterq; diuina nō impediti ab infortunis. 153

Iudicabis de Saturno & Marte, uelut Physici de Reubarbaro & Scamonea in mixtione medicinarum. 154

Res magnae sunt non solum per uirtutem fortunae, sed etiā per mixtionē infortunarum cū fortunis, unde ex mixtione mali fit bonum per comparationem. 155

Cōiunctio duorum superiorum in Geenzahar suis, mouent prophetas & animas hominum. 156

Intersecationes omnium superiorum circuloꝝ in omnibus considerabis & auges eccentricorum & epyclorum. 157

Diffinire de qualitate aeris cum uno cenithi nō omnibus partibus climatis consideratis potius est fatuitas, quam iudicium. 158

Difficile est iudicium de quo caremus exemplis multarū radicum in nostris temporibus. 159

Scimus horam infantis, sed non horam adunationis uaporū diuersorum in unum, propter hoc aperta uia in uno est, in altero clausa & opaca, ut quia de futuris est siue genita materia. 160

Non per sophismata & ambages, sed per realitatem & experientia est hæc scientia. 161

Studeas semper antiquorum libris modernorumq; si cum ipsis adæquantur. 162

Constitues ascendens taliter quod non erres in facie, quia effectus maximos & effectus naturales figit in homine. 163

Non ualet directio si nō perficitur tēpus radice ilegiore, cū testimonio reuolutionis, timor solū inducitur siue infirmitas. 164

Cum idem ascendens radice et reuolutionis erit in reuolutione, iudicabis in bono & malo secundum existentiam domini ascendens reuolutionis. 165

Reuolutio natiuitatis in hora in qua dominus natiuitatis incipit retrogradari, si de inferioribus est iens ad combustionem, mortem demonstrat, si de superioribus cum aspectu inimicitiae infortunarum idem significat. 166

Mouet natum ad uxorandum Iupiter in reuolutionibus existens in grabibus in quibus erat tempore natiuitatis. 167

Nullum donum, nec datum erit, si non promisit radix natiuitatis. 168

Sol in Leone in omnibus diuisionibus figuræ, non permittit uirum mendicum esse. 169

Pessimus quidem est in natiuitatibus dominus ascendens retrogradus & cadens. 170

Nunc;

Nunquam habebit animum confusum nec sine spe, qui Leonē habet in ascendente, quia Sol æqualiter mouetur in suo circulo eccentrico tendit ad intentum firma certice. 171

Cancer in ascendente, Luna nec in signis fixis nec in angulo facit hominem credentem omnia quæ audit & mobilis animi in omnibus. 172

Virgo ascendens ascendens facit natum à semetipso acquirere magisterium, uelut qui habent pisces sui regni sunt causa. 173

Venus in Ariete uel in Scorpione, nec legem tenet in coitu, nec deum timet, & si addiderit Mars ibi non curabit mori pro libidine & de honestate. 174

Infideles sunt nō timentes deum, nec uitam futuram qui damnatam nonam habent, signo existente ibi mobili, siue communi damnato significatore domini retrograd \* addito Saturno in ascendente siue radiante ascendens uel nonam quadrato uel opposito. 175

Adunatio planetarū in decima dominium siue labore demōstrat, in ascendente scire multa, in septima, mori modo miraculoso. In quarta uero famam perpetuam siue incorrupto corpore post mortem pro tempore manere. 176

Fiet nunquam quod radices generationum maiorum uirorū dimittent profapiam totaliter uilescere, uel ut rusticorum nobilitate. Ideo in dandis iudicijs profapiam bene considerabis. 177

Trāsmutat, sed nō in toto, intronizatio noui principis ciuitatis significata imō demonstrat, uelut in natiuitatibus filiorum primorum fortunam patris quælibet forma usque ad ortum secundorum. 178

Non dubitabis iudicium de ciuitate facere cum figuræ intronizationis eius principis & reuolutio intronizationis cū reuolutione ciuitatis concordant. 179

Tyrannum facit principem signum medijs cœli ciuitatis, si in radice principis siue in radice intronizationis erit. 180

In omni intronizatione perquires hylech uelut in natiuitatibus si.

bus si scire uelis tempus durationis sui domini. 181  
 Hora intronizationis mouet principē, uelut dignitas mouet hominem, ideo multi faciunt multa extra consuetudinē & naturam, habet equidem punctus & horas dignitas. 182  
 Voluntas principis non perficitur si non adiuuatur à reuolutione ciuitatis, & à coniunctione præterita propinqua duorum superiorum. 183  
 Destruere non possunt ciuitatem, si donū temporis radices non perficitur, ideo bene considerabis radicem, si finem rei iudicare desideras. 184  
 Discordiæ regnorum eueniunt si ascendentiā respiciunt, se quadrato uel opposito, & magis si significatores discordiarum conueniunt in qualitate & natura. 185  
 Magna res ē eclipsis Solis cū eclipsatur totū corpus, destruit & euellit ciuitates habētes ipsum signū eclipsis in ascendente radice, cum figura eclipsis cum radice concordant in duobus testimonijs tantum. 186  
 In omni reuolutione annorum mundi eclipsim Solis & Lunæ non post pones. 187  
 Considerabis cōiunctiones Solis & Lunæ & omnium aliorum planetarum p totū annū, si recte introitū Solis in Arietem perscrutari uelis. 188  
 Radices annorum mundi signumq; profectionis, nec postponas dominū orbis, tuū climacq; diligenter inspexeris exemplaq; annorum præteritorum, si aliquid reuera iudicare uelis. 189  
 Sub uno ascendente non ciuitates multas in uno climate iudicabis. 190  
 Dimitte quæ indiuidua in iudicijs annorum mundi, quæ sciētia stellarum in infimis non extenditur nostro debili iudicio. 191  
 Qui p stellas iudicare uolūt, uniuersale equidē iudiciū conuenit iudicare, & si particulare, nō in paruis, sed in magnis rebus in quibus cōprehendatur unūquodq; uniuersale necesse est. 192  
 Electio facta iuxta formam radice quærentis, magnū quid pdest si res apta nata est. 193  
 Fortis

Fortis est electio cum dominus horæ intentionem quærentis designat. 194  
 Cælum habet prosperum & oppositum sicut dextram & sinistram. Quæres ergo in prælio figuram prosperitatis cum tuo significatore, ut bene se habeant. 195  
 Destruit figura fortis significatum debilioris figuræ, quamuis in potentia & numero plus sit, ergo fortifica te in forma cœlorum sicut cum militibus. 196  
 In oppositione duorum superiorum strages fiunt, ideo quis alter erit significator uictoriæ ipsum considera per aspectum aliorum, siue per coniunctionem, & si qualitatem & naturam tui significatoris tenet, uictor eris. 197  
 Efficiuntur in mundo magnæ mutationes in cōiunctione duorum superiorum in signis aqueis, sed ut plurimum terminant in pace, quia unū est exaltatio Iouis, aliud domus est, tertium uero Martis, est motor ipsius rixæ. 198  
 Mutantur dominia ciuitatum habentium Scorpionem in ascendente, propter mutationem coniunctionis duorum superiorum dictorum de signo in signū huius triplicitatis aquæ. 199  
 In coniunctione Saturni & Iouis, in Piscibus Venus iens ad ipsos de coniunctione caput in nona existente uel in decima pphetam maximum euenire demonstrat. 200  
 Saturnus & Mars coniuncti in domibus Saturni, sunt fortuna, ducuntq; ad excessiuū significatam rem, dum etiā occidentales sint tamen fortes. 201  
 Finis rerum est periodus significatoris, & per quartum & dominium eius, quando luminare temporis cum ipso adiungitur. Ideo contemplator in omnibus alijs considerabis diligentia iudiciumq; temperatum compone, Itaq; cum auxilio altissimi nostra hæc exempla uerificabis.

FINIS.



## AD LECTOREM.

Hosce duos posteriores libros, cū Camerarius priores tantū uertendos susceperit, ex uetere translatiōe hic adiungere uoluimus Lector, quum propter eos, qui in Græcis nondum sine cortice nare didicerūt, ne de opere imperfecto conqueri possint, tum uero etiam propter eos, quibus uidere lubet, quid intersit inter doctū interpretem, autorem ē sua lingua uertentem, & inter barbarum, ē barbara lingua, hoc est, Arabica, transferebantem, In quorum gratiam etiam eos locos quos Camerarius ex hōdem transtulit in margine notauimus, quo magis in promptu esset, quod conferre possent. Porro, uetus translatio, qualis qualis est, rem ipsam de qua agitur, cum doceat, non est cur eam abijciamus, nulla dum elegantiore extante. Vale

# CL. PTOLEMAEI

QVADRIPARTITI LIBER III.



Ostquam accidētia generalia in his quæ ex nostra obseruatione præmissa sunt demonstrauiamus, eò quod eorum obseruatio ad præmittendum est conuenientior, qualiter futura rerū uniuscuiusq; hominum in suarum naturarum proprietatibus deprehēdamus, nunc explanare nitentur. Hæc igitur pars operis uocatur rerum natiuitatum pgnostica. Quod autem istarum duarū specierum uis in uia operis & scientiæ sit una, scire nō est inconueniens, Nam Solis & Lunæ stellarūq; motus uniuscuiusq; proprii & generalis accidentis est occasio. Differentia uero naturarum eorum quæ prædicta sunt & motū consimiliū & obseruatio, quos & cœlestia mouent, & ea quæ ipsa circūdant est occasio per quam erit horū accidentium pgnosticatio: præter quod generalia accidentia maiora sunt & alterius supplemento non egent, particularia uero non sic, nec oportet ut ipsarum principij horas, in quibus cœlestium qualitates ponimus, & qui

bus id præscire nitimur, quòd à societate figurarum quæ in ipsis horis formantur, significantur, unū & idem principium esse putemus. Imo quòd plura sint initia generalium accidentium existimare debemus, eò quòd in toto unum principium inuenire nō possumus. Hæc uero principia semper non ex ipsis rebus subiectis sed ex rebus circumstantibus quæ futurorum sunt occasiones inueniuntur. Nos etenim in maiori parte cuncta accidentia per grandiores eclipses & per stellas quæ manifesto motu mouentur inquirimus. In singulis autem hominibus unde & multa principia reperiuntur. Vnū itaque principium est initium collectionis quod est in nobis, multa uero principia respectu primi sunt alterationes quæ post hæc ex rebus circumstantibus contingunt. Vnū igitur initium ad præmittendum hoc in loco conuenientius est, ob hoc quod alia omnia non nisi huius occasione pueniunt. Quapropter cum hæc ita sint generales proprietates collectionis ex obseruatione primi initii deprehenduntur, ex reliquis uero principijs id quod in unaquaque horarum ex augmento uel diminutione continget secundum hoc quod ex temporum diuisionibus subiungemus addiscemus.

De casu spermatis & de exitu infantis. Cap. I.

Hoc cap. transtulit & Ioachi. Cam.

**Q**uoniam ad esse hominum temporale principium habetur, est autem hoc principium naturaliter cum sperma cadit, in potentia uero & accidentaliter cum infans hora partus ingreditur. Conuenit his quod horam casus spermatis fortuito uel obseruando deprehenderunt, ut cum corporis & animæ qualitates proprias scire uoluerint, suas ad hoc inuestigationes ex hoc quod figuræ stellarum hac hora spermatis operatur, accipiant. Quapropter cum acciderit spermati semel in principio qualitatem recipere quæ sibi ex rebus circumstantibus aduenit. licet illa qualitas in hoc ex rebus horis esse corporis continget postea uarietur, ipsum cum augmentum materiei sibi tantum simili naturaliter sibi met attrahet. cumque creuerit illa res in materies qualitati primæ quæ spermatis propria est assimilabitur. Cum autem hora casus spermatis ignorabitur, sicut multoties euenire compertum est, initium quod est infantis exitu necessario conuenit obseruare. Quod idem maximum est initium, nec etiam à primo differt, nisi in hoc quod subiungitur, per primum itaque principium id quod est ante partum ut præsciatur autem possibile est, nam primum esse principium, aliud autem simile fore principio satis enunciari potest, eò quod ultimum eorum, secundum esse in tempore, & fortassis eius quantitas est in fortitudine perfectior primo, oportet etiam ut primum initium seminis hominis frequentius appelleretur. Secundum uero esse hominis dicatur ob hoc quod infans ea tunc adipiscitur, quæ dum in utero clauderetur non habebat. & cum hic etiam proprietates quæ tantum sunt in hominis natura & qualitatem quæ suo corpori accidit acquirit. Item id quod hora partus nos circumdat, licet in faciendum natum nihil iuuare putetur, ut illius cuius est qualitatem existat, iuuat tamen ut sit eius apparatus eiusque exitus secundum propriam circumstantis rei qualitatem. propterea quod natura post ipsius perfectionem, cum ad exitum moueri facit, cum qualitas qualitati quæ eum formauit assimilabitur. Oportet igitur ut stellarum qualitatem

qualitatem hora exitus infantis istarum rerum similia iterum significare existimemus, non quod ipsa hæc operetur, sed necessario & naturaliter in fortitudine operifici assimilatur. ¶ At quoniam in hoc sermone nostra intentio ut hanc scientiam partem solerti tramite manifestemus, sicut primis in huius libri primordio, ubi ad hunc prognosticandi modum perueniri posse probauimus, & quomodo antiquissima uia prognosticandi quæ est secundum omnium stellarum uel plurium commixtionem multorum est modorum, & ferè infinita, cum quis eam plane & aperte perferuari tentauerit. Maxime autem in futuris particularibus quæ à naturalium speculatoribus inquiruntur, quod in narrationibus quæ ab ipsis dicta fore dicuntur inueniri potest, & propter eius usum grauitatem & eius explanationis difficultatem nos hæc prætermittere deliberauimus. Illius autem magisterij prognosticationem per quam unaquæque specierum in perferuandi modo deprehendit, manifestare nec non uires operifices propriæ stellis cum perfectione per hoc quod consequi potest uia naturalis coniecturæ compendiose narrare intendimus. nec oportet ut ad qualitates rei circumstantis per quas unumquodque accidens quod accidit homini deprehenditur nostra tradatur intentio. Sed generaliter conuenit ut uires corporum operifices cum locis sibi consimilibus coniungamus super uictoriæ dominationisque modum, sicut in emissione sagittæ facimus, at futuri quod in hac subiecta specie per multarum naturalium collectionem colligitur ei qui super ipsum ita deliberauerit & perspicaciter inquisierit. sicut sagittator cum bene ei euenit ad signum obseruationem relinquimus. Nostri uero sermonis initium in rebus uniuersalibus in principio quod est in exitu infantis apparentibus, uelut congruo conuenit ordini ponemus, cum per hoc principium ad esse omnium rerum hanc naturam habentium, sicut diximus peruenire possimus, proprietates autem quæ hora casus spermatis innascuntur, per hanc eandem obseruationis speciem ab illo qui solas proprietates quæ in ipsa eadem collectione fuerint sagaciter perferuabitur & subtiliter inuestigauerit deprehenduntur.

De scientia gradus ascendens. Cap. II.

**C**um in re prima quæ sustentaculum est, quod est gradus ascendens hora exitus infantis multoties innascat dubietas, eò quod in maiori parte instrumenta per solum astrolabium obseruauerit, alia quippe horarum instrumenta quibus quæ plures eorum qui uersantur in his inspicunt, multum fortasse fallunt & à ueritate declinant. Illis etenim quibus sol indicat horam, propter eorum declinationem in positione scierorum & ex scierorum tortuositate contingit. Instrumentis autem horarum quæ per aquarum decursus adaptantur, euenit ex aquarum retentione & decursus differentia, quæ per differentes occasiones uel per quamlibet ullam occasionem ei contingente aduenit, necessario conuenit ut uiam qua gradus circuli signorum, qui secundum naturalem rationem consecutiuam debet esse ascendens, deprehendi possit indicemus. Postquam gradum ascendens ferè deprehendemus in uia ascensio

Et hoc cap. put. trāstulit loa. Camer.

num per horam quæ nobis attribuitur. Oportet igitur ut gradum conjunctionis uel præuentionis, quæ ante natiuitatem ipsi propior fuerit inueniamus, & eum ueraciter addiscamus. Quod si fuerit illud quod inuenimus cõiunctio, utriusq; luminaris gradum accipiemus. Si autem præuentio fuerit, gradum luminaris super terram existentis obseruabimus. Post hæc cui planetarum natiuitatis hora illius gradus dispositionem habere conuenit inquiremus. Generaliter autem uia qua planetæ conuenit dispositio his .s. rebus explicatur, quæ sunt triplicitas, domus, exaltatio, terminus, & apparitio, uel solis affinitas in figura, eritq; loci illius dispositio planetæ qui habuit in eo plus una istarum fortitudinum uel omnes. At si uni planetæ hæc omnia uel plura inuenierimus eius gradum ex signo in quo fuerat ipse natiuitatis hora ueraciter inuentum obseruabimus, dicemusq; quod gradus signi per ascensiones ferè accepti, qui ei in numero æqualiter sit gradus ascendens. Si autem duos uel plures planetas inuicem associari inuenierimus, aspiciemus numerum quem unusquisq; perambulauerit hora natiuitatis, & quicumq; numerus fuerit propior ascendens gradui qui nobis per ascensiones apparuerit, ipse erit ascendens horæ natiuitatis. Quod si numerum graduum duorum uel plurium planetarum proprie numerum ascendens gradus qui nobis per ascendens exiit inuenierimus illum qui plures auctoritates habuerit in angulis, & cuius fuerit haec, in hoc mutabimur. At si longitudo gradu almudebit à gradus ascendens absq; subtili obseruatione reperto, maior fuerit longitudine sui ipsius à gradu medijs coeli, ipsa eadem uia exquisito, illum eundem numerum graduum medijs coeli constituemus per quem alios angulos coequamus,

### De partitione locutionis natiuitatum. Cap. III.

**P**ost præmissam istarum rerum positionem subiungemus, quod generales natiuitatum obseruationes, ordinata & competenti partitione quis partiri uoluerit, inueniet quod eorum ad quam naturali calle peruenitur, quædam sunt accidentia quæ ante partum contingunt, ut loqui de parentibus. Quædam autem eorum sunt accidentia quæ ante partum & post partum accidunt, ut sermocinari de fratribus. At illa quæ ipsa eadem hora partus eueniunt non sunt unum & idem plane & apertum, uelut hæc quæ prædiximus. Accidentium uero postremum quod sciri potest illud esse dicitur quod post partum accidet. Hanc autem speciem multorum modorum multarumq; partium fore non dubitatur. Ex his igitur quæ in ipsa eadem hora partus eueniunt, illa quæ scire uolumus sunt loqui de maribus foemininis, & utrum geminos an plures parturiens pariet, loqui etiã de formis monstruosis, nec non ex his qui nunquam crescent. Ex his autem quæ post partum, ea quæ scire querimus, sunt sermocinari de uita, eod quod eorum qui non crescant narrationibus non adherent. Post hæc autem loqui de forma corporis, & de infirmitatibus atq; impedimentis corpori contingentibus, deinceps de qualitatibus animæ & illius accidentibus sermocinari. Deinde loqui de fortunio & infortunio nati, & de regno ac exaltatione illiusq; sublimitate

tate, postea ipsius est esse in hoc quod ex operibus efficiet enarrare. Deinceps de eius coniugio sermocinari, ac de mora cum uxore facienda, & ex hoc quod de infantibus ei continget, nec non ex eius commixtione ac familiaritate cum hominibus & ex amicis ipsius. Deinde peregrinationes ostendere, postremo quidem modum suæ mortis indicare, quod in fortitudine locutioni quæ fit de uita assimilatur. Illius tamem ordo post hæc prædicta ponendus est. Nos autem horum uniuscuiusq; modum generaliter enarrabimus, & cum solis nostræ narrationis fortitudinibus hoc operantibus ista dicemus, sicut superius manifesta uimus. Ea uero quæ à quamplurimis stulte superflua etq; prolata sunt, in quibus non est sermo probabilis, qui occasionibus per primam naturam existentibus conueniat, postponemus, & ex his id ad quod peruenire possumus non per sortes neq; per numeros, in quibus occasiones per quas hoc oporteat esse non habentur, sed per planetarum figurarum earumq; similitudinum cum suis locis obseruationes inuestigabimus. Quapropter ne uerbum hoc in unoquoque præscriptorum capitulorum tractare sit opus in omnibus generaliter nos hic proferre conuenit. ¶ Ex capitulo igitur obseruationis natiuitatum loci circuli signorum qui speciei illius quælibet capitulo assimilatur, consideremus. uelut est loci medijs coeli cum operibus, & loci solis cum re patris similitudo. postea planetas quibus ex prædictis .s. speciebus illius loci dispositionem habere conuenit, obseruemus. Et si unus planeta omnibus his modis ipsi loco dominabitur, illius rei quæ sita dispositioem attribuemus ipsi. Si autem duo uel tres ei dominentur, illi qui plurium numerorum fortitudinem habuerit, dispositionem dabimus. Deinde futuri qualitatem consideremus, cuius inuestigatio erit ex naturis illarum stellarum quibus dispositio conuenit, & ex naturis signorum in quibus planetæ fuerint, nec non ex locis similibus. post hoc inuestigato nem quantitatibus futuri ex eorum uiribus accipiemus, considerando utrum in suis qualitatibus fortes extiterint in mundo & in natiuitatibus, an si contrarium fuerit. ¶ In mundo quidem fortiores dicuntur existere, cum in locis sibi proprijs uel similibus fuerint, & cum orientales etiam extiterint & aucti numero. In natiuitatibus uero fortiores erunt, cum in angulis uel in locis ad angulum ascendens fuerint. maxime autem in duobus primis qui sunt ascendens & coeli medium. ¶ Debiliores autem erunt in mundo cum in locis extraneis uel sibi dissimilibus extiterint, aut cum occidentales uel in itinere diminuti fuerint, at in natiuitatibus tunc erunt debiliores, cum ab angulis recesserint. ¶ Spatium quoque temporis futuri considerabimus inuestigando utrum respectu solis ascendens, matutinales an uespertini fuerint. Duæ namque primæ quartæ utriusq; eorum, & duæ per diametrum eius oppositæ sunt matutinales, reliquæ uero sunt uespertinales. ¶ Considerabimus etiam si fuerint in angulis, uel ad angulos ascendens. Si matutinales igitur uel in angulis fuerint, acutioris erunt operis. Si uero uespertini uel ascendentes ad angulos extiterint, tardioris operis esse dicentur.

### De parentibus. Cap. IIII.

**P**rima nāq; uia quam in uniuersisq; istarum specierum inuestigatio ne semper imitari debemus, est huiusmodi. nos itaq; nunc à primo capitulo quod est capitulum in locutione parentum, exordium faciemus, uelut ordini quem mox enūciauimus conuenire uideatur. Solem igitur & Saturnum patribus, Lunam autem & Venerem matribus, naturaliter assimilari dicemus. Quapropter quemadmodum horum stellarū qualitates ad inuicem & cū alijs inuenientur, ita fore parentū qualitates nobis existimare conuenit. eorū etenim fortunium & infortunium, necnon & regnū ex stellarum uicinitate cum luminariis nobis considerare cōueniens est. nam cum utrūq; à fortunis q̄ fuerint ex eorum haic & in duobus signis eorundem uel in signis ea sequentibus circundabitur, esse parentum egregiū fore significabunt. Maxime autem cū planetæ circūdantes Solem in matutinalis, circūdantes uero lunam uespertinales extiterint, tunc enim erit eorū positio conueniens. Item si Saturnus & Venus orientales fuerint in almuzea sibi propria, uel si fuerint in angulis manifestum fortunium partem ex hoc significare debentur secundū quantitatem utriq; ipsorū conuenientem. Si autē horum contrariū fuerit, ut luminaria. s. sint cursu uacua & nullis stellis circūdata, parentum declinatiōem ac uilitatem significabunt. Maxime uero si positio Veneris & Saturni fuerint incōueniens, q̄ si planetæ ex eorum haic non exeuntes ea circudent. Quemadmodum cōtingit cū Mars post Solem, Saturnus uero post Lunam ascenderit, nec etiā loca fortunarum respectu luminariū conuenientia fuerint, nec ex eorum haic, miseram uitam parentū & ipsorum esse destructionem, nobis ex hoc significare non disconuenit. Si autē pars fortunium significans, cuius mentionē faciemus, stellis Solem uel Lunam circūdantibus, apta conuenientia cōueniens fuerit in natiuitatibus parentū, substantia saluabit atq; durabit. Quod si pars fortunium significans non extiterit, uelut diximus, aut si horū contrarium fuerit, nec fortunæ circūdederint luminaria, uel si circūdantes fuerint infortunæ, nō proficiet parentū possessio sed nocebit. Longitudinē autē uitæ parentum, eiusq; breuitatem ex stellarum societatibus in figuris considerabimus. ¶ De patris igitur uita dicemus. Cūq; Iupiter & Venus in figura quolibet modo Soli uel Saturno associant, Aut cū Iupiter item Veneri associat, fueritq; Solis & Saturni apta societas, uel si coniuncti aut in trino uel sextili aspectu fuerint, & uterq; fortis, longam patris uitam ex hoc annūciabimus. Si uero fortes nō fuerint, nō erit hoc ita, præter q̄ uitæ breuitatem ueraciter non significabunt, hoc autem si non sic euenierit, sed supra Solem uel Saturnū Mars eleuatus fuerit, aut si sequat eos, nec Soli Saturnus cōueniens fuerit, sed in eius aspectu. 4. uel per diametrum opposito uel si uterq; fuerit ab angulo remotus, patris debilitas significabitur. At si in angulis uel in locis ad angulos ascendētib; fuerint, breuem uitā patris aut nocuentum significabunt. cum enim in duobus primis angulis, qui sunt ascendens coeliq; medium steterint, uitæ breuitatem indicabunt. Cum aut in duobus alijs extiterint qui sunt occidens, & angulus terræ, uel in locis ad ipsos ascendētib; impedire dicuntur. Cum Mars etiā Solem prædicto

prædicto mō aspexerit, pater subita morte migrabit, aut in ipsius luminariis impedimentū contingeret. Si uero Saturnū aspexerit, patri mortem aut febrē cū tremore uel impedimentū ex abscisiōe seu combustione futurum significabit. Rursus cū Saturni figura respectu Solis inconueniens fuerit, occasiōe morborū ex humoribus nociuis accidentiū mors patri eueniet. ¶ Item de uita matris agamus. cū igitur in figura Lunæ seu Veneri Iupiter uel Venus iterū Lunæ associabitur, siue cum ea seu in eius aspectu trino uel sextili fuerit & utraq; fortes, uitā matris elongabunt. At si Lunam Mars aspexerit, uel Venerem secutus fuerit, aut in ipsius aspectu. 4. uel per diametrum opposito remāerit, seu si Saturni qualitas respectu Lunæ istius qualitatis extiterit, si ipsi minuti cursu fuerint, uel ab angulo recesserint, in morbos & egritudines solūmodo matres illaqueari designabūt. Sed si aucti cursu fuerint uel in angulis, matris uitam abbreviabit, aut eis impedimentum inferent, abbreviabit quippe uitā cum in orientalibus angulis fuerint uel in ascendētib; ad eos. In occidentalibus autem angulis uel in ascendētib; ad ipsos cū fuerint, eis impedimentū adducet, cum modo nāq; prædicto Lunā Mars uiderit, fueritq; Luna orientalis repētina, mors matris uel suorum oculorū impedimentum inde proueniet. Si uero fuerit occidentalis earundem mors ex aborsibus uel ex his similibus accidet aut occasione incisionis & cōbustionis eis impedimentū eueniet. Si Venerem autem Mars aspexerit, erit earum mors per febres & infirmitates ex uisus offuscatione contingēt, ac per humores subito decurrentes. Cumq; Lunam Saturnus aspexerit, mortē uel ægritudinem generabit, Luna uero cū orientalis fuerit per febres cum tremore mortem annūciabit, & cū fuerit occidentalis occasione corrodentium apostematū & cōmestionem uel in muliebribus mēbris contingentium illud eueniet. ¶ At sciendum q̄ species particularium impedimentorū uel infirmitatū seu mortis quæ parentibus accidūt signorū qualitates quæ cum his quæ prædiximus, nobis obseruare conuenit. In quibus stellæ propriæ qualitatis opifices inueniuntur, necnon signorū qualitates, quorū mentionem faciemus, & quorū etiā esse explanabimus, cum res natiuitatum enarrabimus, & ut in die pprie Solem & Venerē, in nocte uero Saturnū & Lunam obseruemus. Illud etiā qd̄ ad inuestigandas residuas res particulares parentum nos obseruare oportet, est ut locum patris uel matris qui secundū haic fuerit ascendētis loco ponamus, & omnes eorū res obseruemus, sicut ipsis parentū natiuitatibus facimus, quemadmodum in sequentibus probauimus ex accidentibus & opificibus modis, qui in generalibus speciebus inueniuntur. Modorum autē coadunationis occasiōnū ad inuicē nobis hic & ubiq; memoriam habere conuenit, ut consideremus q̄ cū planetæ qui locis exquisitis dominabūt unius speciei non fuerint, sed ex speciebus differētib; uel contrariū operantibus ex planetis, quorū uires super ipsum sunt maioris auctoritatis, illū qui maiores auctoritates habuerit accipiemus, ita ut & ipse rei futuræ conueniat & per ipsū istarum rerū natura contingat. Quod si eorū auctoritates æquales extiterint, & stellæ cū eis eleuatae fuerint, leuif ad notitiam rei coadunatae ex istarū naturarum differentium cōmixtione perueniemus

perueniemus. Si autem fuerit separata, id quod ex accidentibus ei assimilatur secundum horas particulares unicuique ipsorum attribuemus. Sed illis qui matutinales fuerint attribuemus primitus, illis uero qui uespertinales extiterint posterius. Necessario tamen oportet ut ex principio eis assimiletur. nam si sic se non habuerit, nil futuri facere poterit, cum nullam retinuerit societatem in principio. prima uero dispositio non est occasio futuri temporis, sed qualitas stellarum, quae respectu Solis & anguli mundi domina dispositio fuerit tempore natiuitatis.

De fratribus & fororibus. Cap. V.

**E**X praedictis igitur locum parentum probauimus. locum uero fratrum si quis inuestigatione generali perscrutetur, & sua perscrutatione quantitatem possibilem non praeterat quae ad inquirendam notitiam numerum fratrum ueraciter esse potest. Rem fratrum qui eiusdem matris sunt naturali modo scire poterit ex signo medij coeli, aut locum matris. locum quidem dicimus in quo Venus in die & Luna fuerit in nocte. At quia signum hoc & signum quod ad ipsum ascendit locus matris sunt quo res filiorum eiusprehendunt, eum locum fratrum esse oportet. Huic ergo loco si planetae fortunae in figura associantur, fratrum multitudinem inde iudicabimus, huius autem existimationem rei ex numero istorum planetarum assumemus. Considerabimus etiam si fuerit in signis unius imaginis uel duorum corporum. quod si planetae infortunae super hunc locum eleuati fuerint uel eum ex oppositione aspexerint, paucitatem fratrum indicabunt, maxime autem si sol cum eis extiterit. Si uero fuerint in angulis & proprie in ascendente, fuerintque planeta in istorum aliquo locorum existens Saturnus, in uirginibus & maioribus fratribus hoc esse significabit. Si autem Mars fuerit, aliorum fratrum numerum per mortem abbreviabit. Qualitas quidem planetarum qui sunt datores fratrum si fuerit in positione conueniens, fratres potentes & exaltatos existimemus oportet. Si autem in contrarium fuerit, imbecilles erunt & impotentes. At si planetae infortunae super datores eleuentur, uel si eos sequantur, breuis uita iterum erunt. Masculorum datores sunt planetae masculini in suis qualitatibus mundi, largitores autem foeminarum, sunt foeminini in suis qualitatibus mundi. Orientales item primos largiuntur fratres, occidentales postremos. Rursus cum in figura largitores associantur signo rem fratrum significati societate conuenienti, fratrum concordiam significabunt, & si cum partes iterum fortunae conueniant, fratrum societatem in suis rebus indicabunt. Si uero fuerint in signis nullam ad inuicem societatem habentibus, uel si qualitate praedictae qualitati contrariam habuerint, uoluntatem fratrum ad discordiam & inuidiam significabunt, & eos deceptores esse demonstrabunt. Si quis autem unamquamque rem fratrum plusquam supradictum sit, inuestigando perscrutari uoluerit, satis hoc agere poterit, si loco ascendente largitores planetas constituerit, & tunc omnes eorum res quemadmodum in natiuitatibus facimus obseruauerit.

De mas-

De masculinis & foemininis. Cap. VI.

**P**ostquam naturali calle fratrum enarrationem explanauimus, quod in ipso nato continget subiungamus oportet, & masculorum foeminarumque considerationem primitus indicemus, cuius obseruatio non unius modi est nec ab una re, sed ab utroque luminari, & ab ascendente, nec non a planetis in hoc auctoritatem habentibus accipitur, hoc autem ex qualitate qua hora casus spermatis fuerit proprie deprehendemus. In uniuersali uero modo, per qualitates hora natiuitatis apparentes hoc indicabitur, nobis quoque generaliter obseruare conuenit, si haec tria loca praefata, & planetae eis omnibus uel pluribus dominantes masculini fuerint, quia natus erit masculus. & si foeminini fuerint foemina, & secundum hoc supra natum iudicabimus, oportet etiam ut loca & planetas masculinos ac foemininos consideremus, quemadmodum in huius libri principio monstrauimus. demonstrauimus inque ex naturis signorum in quibus fuerit & ex naturis ipsorum planetarum, necnon ex eorum qualitatibus respectu mundi. cum orientales namque fuerint masculinizant, foeminizant uero, cum occidentales extiterint. Item ex eorum qualitatibus respectu Solis, masculinizant namque cum matutinales fuerint, uespertinales existentes foeminizant. Ex his igitur omnibus quod genus in nati constitutione secundum maiorem partem incurrit coniciamus oportet.

De natiuitate geminorum. Cap. VII.

**S**imili quippe modo nobis in geminis & eis pluribus, esse eorum dem praedictorum locorum. i. luminarium & ascendens obseruare conuenit, hoc autem ex collecti omnibus euenire manifestum est, si praefatorum locorum duo uel tria fuerint in signis duum corporum, maxime autem cum planetis illorum dispositio idem iterum accidens contigerit, ut quidam. scilicet eosque sint in signis duum corporum, fuerintque quidam eorum bini & bini uel plures in dispositione. & si loco dominantia signa duum corporum extiterint, & cum hoc cum pluribus in figura planetis associetur, erunt nati plures duobus. Eorum quoque numerum nonnumquam augmentat planeta, qui hanc proprietatem habuerit. Generis autem nati notitiam auget planetarum genus, qui soli & lunae ascendenteque signo associantur in figura quae masculinis & foemininis secundum praemissum modum in nascendi fortitudine superaddit. haec uero qualitas si signum ascendens & luminaria non continuerit, sed eius loco medij coeli locus sic inuentus fuerit, haec matrum partus secundum maiorem partem geminorum uel plurium erit. Quod autem proprium in trium masculinorum parturitione est, ut quemadmodum contingit in albatraz qui sunt reges, contingat ut Saturnus. scilicet & Iupiter ac Mars cum praefatis locis in duum corporum signis existant. & est proprium in parturitione trium foeminarum, ut id quod in alchatis contingit, eueniat ut Luna uidelicet ac Venus ac Mercurius foemininus in praedictis locis permaneat. In duorum masculinorum ac unius foeminae parturitione proprium est ut contingat  
b b sicut

sicut contingit illis qui diasaccora uocantur, ut Saturnus .f. & Iupiter ac Venus in illis sint locis. Parturient etiam duas foeminas & unum masculum cum id euenerit, quod illis qui dimatarcoris appellantur, euenisse dicitur, ut Luna .f. & Venus ac Mars illis in locis existant. Secundum hunc uero modum frequenter contingit ut natus non perficiatur, et ut in ipsius natiuitate quaedam impedimenta corpori accidentia contingant. In ipsius etiam quibusdam membris id ex quo nullus timor peruenit absque perfecta occasione contingit, aut erit in eis quoddam horum accidentium secundum partem rei quae non apparet.

De monstruosis signis. Cap. VIII.

**I**llud quidem quod nullatenus a nostro recedit intellectu est monstruosarum figurarum enarratio. Dicemus igitur primum quod in his luminaria frequentius inueniuntur remota uel ab ascendente disiuncta, & quod ab infortunij anguli continentur. Cum hoc igitur sic inuentum fuerit, conuenit si hoc illud fore contigerit quod in miseris & infortunatis natiuitatibus multoties euenire dicitur. & si natiuitates illarum monstruosarum figurarum non fuerint, ut praeteritam coniunctionem uel praeventionem obleruemus, quantus coniunctionis uel praeventiois, nec non loci luminarium natiuitatis hora, dispositores planetas deprehendamus. Quonia si loca eorum in natiuitatibus, & locus Lunae uel ascendens iterum omnia .f. uel plura loco coniunctionis uel praeventiois non alligeretur, erit natus formae monstruosae. haec autem si sic fuerint et cum hoc in quadrupedibus uel feralibus signis luminaria reperiremus, fuerintque infortunae in angulis existentes, non erit natus ex hominibus. Si quod uero fortunarium cum luminariis testimonium non habuerit, sed eis infortunae testificatae fuerint, natus non erit domesticus, eritque natura ipsius ex ferarum inpedientium naturis. ¶ Quod si Iupiter aut Venus luminariis testificentur, erit natus ex animalibus domesticis, ut sunt canes, fures, & his similia. ¶ Si Mercurius autem testificetur, natus erit ex animalibus quibus opus habent & utuntur homines, ut ex gallinis, porcis, bobus, capris, & his similibus. At si luminaria mouentur in signis quorum imagines sunt hominis, omniaque similiter fuerint, natus ex hominibus uel ex his qui cum hominibus conuersantur fore non dubitamus, nisi quod eum monstruosam formam habere dicemus. ¶ Qualitatis autem istius hominis monstruosae si notitia eiusque proprietates erit hoc in loco iterum ex figuris signorum in quibus infortunae steterint, quae luminaria uel angulos continuerunt. Item si signa fortunarum hoc in loco nulli praedictorum loco testificentur, erit natus non loquens, eiusque fortuna ueraciter & perfecte mutabitur. Si Iupiter autem uel Venus testificentur, nati proprietates in quo fuerit illa mutatio erit ut honoretur & sublimetur, eo quod ex hoc illa figura armarothotis continget .i. figura ex Venere & Mercurio denominata, nec non figura quae nuncupatur arfocaraxietu, & his similia. ¶ Mercurius ipse si testificentur, fiet natus cum his somniorum interpretator, & ex his erit eius uictus praeter quod surdus erit & absque dentibus. In alijs uero rebus erit conuenientis naturae & subdulus ac deceptor.

De

De his qui non creuerunt. Cap. IX.

**P**ostquam eorum qui non creuerint sermocinatio restat de illorum elocutione quorum per natiuitatis hora contingentia notitia habere quaerimus. Hanc autem enarrationem ob hoc quod istud quaesitum capitulum ab istorum duorum utroque modorum non longe remouetur, quandoque locutioni de uita adherere, quoadque uero illi contrariam esse, eo quod huiusmodi inuestigationis uis quibusdam uariationibus alteratur, sciendum est. Sermo namque uitae non est nisi in his omnibus qui uitam senserunt. Hi autem sunt quorum uita solari circuitione quod est unius anni spatium nequaquam minor habetur. uita uero quae est in fortitudine est id quod minus esse dicitur, ut sunt menses, dies, & horae. Eorum autem qui non creuerint sermocinatio est eorum locutioni qui ad aliquod istorum praedictorum tempus non perueniunt, sed in breui tempore propter mali & nocuenti superfluitatem moriuntur. Quare propter uitae inuestigatio multae est partium. Illorum autem qui non crescunt una est & plana. Generaliter igitur cum luminarium aliquod in angulorum aliquo fuerit, eiusque associetur infortunae altera in longitudine, quae cum eo fuerit gradu per gradum, uel fuerit in figura aequicrucia, nec fortunae aliqua ei associetur in figura, fueritque dispositio loci luminarium in locis infortunarum, natus non uiuet, sed mox morietur. ¶ Quod si fuerit in figura aequicrucia, sed in projectione radiorum infortunae ad locis luminarium ad ipsum ascendens, fuerintque infortunatores duo, alterque uel utrumque luminarium infortunantes, ad ipsorum duorum loca uel alterius ascendentes. At si in eius uel eorum oppositio fuerit, seu sui namque infortunae alterum luminarium infortunauerit, cum eorum altera fuerit opposita, altera quidem ad luminaris locum ascenderit, natus uita non habere minime dubitabitur. Quonia maximum nocumentum quod est in hoc, ualitudine & profectum qui ex longitudine loci ad loca luminarium ascendens in uitae spacio prouenit, destruit & occultat. Id autem quod proprie Sole impedit ex his quae sunt in loco, qui ad ipsius locum ascendit Mars esse dicitur, Lunam uero Saturnus. At in eorum oppositio uel cum ad ipsam ascenderit, contingit contrarium. Solem etiam Saturnus, Lunam uero Mars impedit, maxime autem cum locis luminarium & ascendens dispositores eorum existendo dominantur. Et si duas oppositioes habuerint, fuerint luminaria & infortunae in angulis uel in aequicrucia figura, mortui uel semimortui nascuntur infantes. Quod si hoc ita contingit, & ab altera fortunarium luminaria separata, uel in figura fuerint ei associata: & peruenerint radij ad praecedentes partes, uiuet natus secundum significationem numeri graduum, qui fuerint inter alios, & praecipue infortunae radios, ex numero mensium uel dierum aut horarum, secundum eorum infortunij quantitatem, quae sunt huius occasio. At si infortunarium radij ad praecedentes partes luminarium, fortunarium uero ad sequentes peruenerint, natus crescet & uiuet. Item cum eleuabuntur infortunae super associantes fortunae in figura, erit natus miserae qualitatis & imbecillis. Quod si fortunae eleuabuntur, natus cum parentibus non morietur.

bb ij rabitur



rabitur. Et si altera fortunarum cum Luna pariter oriatur, uel iecissal habeat, & altera infortunariū occidat, natus à parentibus nutrietur. Hoc igitur iterum modo multorum natorum erit obseruatio, cum stellarū aliqua, duobus pluribusue modis in figura societatem habentium in occidente fuerit, infans semiuiuus oriatur, aut uelut carnis fructus, aut imperfectæ creationis, & si altera infortunarū super eam eleuetur, non nutrietur natus uel nō habebit uitam secundum hoc quod per istud contingit.

#### De spacio uitæ. Cap. X.

**E**orum quidem accidētium q̄ post partū contingūt, enarratio. Primitus est uitæ sermocinatio, eo q̄ eorum qui primitus ordinauerūt ex his omnibus quæ raro contingūt tractare, qui ad tot annos uitæ non peruenerit in quibus ista perfici possunt, nobis risum habere conuenit. Hæc autem obseruatio nec leuis est nec plana, imò ex dominantium locorum potestatibus accipitur & deprehenditur. Quæ multis modis obseruatur. Modus autē qui secundū nostram existimationē peruenit, & qui naturalē uiam imitat est ut enarrabimus. Hæc autē obseruatio ex loco alhileg & eorum quæ super alhileg potestatem habuerint, nec non & stellarum interficientiū locis consideratur. Istarum uero rerū uniuscuiusq̄ notitia est ut subiungit. ¶ Primitus nāq̄ nobis scire conuenit q̄ loca alhileg illa sunt in quibus stellam cuius dominium fuerit alhileg esse oportet, hic autē super signum ascendētis, qd̄ est à .5. gradibus qui super orizontem ante ipsū ascenderant usq̄ ad .25. qui ad ascendendū remanserit, & post hos gradus qui in horum .30. graduum dextera exagona radiatione consistunt, qui sunt domus fortunæ. At hi qui sunt in eorum aspectu tetragono, qd̄ est mediū cœli super terram, & gradus etiam qui sunt in eorū t̄gona radiatione, qd̄ est locus qui uob̄ appellatur. Necnon & gradus qui sunt in eorum oppositiōe, qd̄ est occidēs. Horum autē id quod ad præmittendū conueniens est eò q̄ fortioris auctoritatis existit, id esse dicitur quod est cœli mediū super terrā, & post hoc ascendens, deinceps id quod cœli mediū ascendit, & post ipsum occidens ad qd̄ cœli medium præcedit. omne autem qd̄ sub terra moratur hac in re tam præclara & tam excellenti, prætermittendū fore decreuimus, p̄ter id qd̄ ascendens super terrā apparuit. Illorum uero quæ supra terrā sunt signa quæ cum ascendente non colliguntur, obseruanda nō sunt, nec etiam signū ascendens ante ascendēs quod laboris domus appellatur, ob hoc q̄ cum hoc esset q̄ ab angulo remouetur, eius fortitudinē ad terrā proueniētem, spissus & obscurus uapor qui ad ipsam ex humiditate terræ ascendit disturbat & destruit. Ideoq̄ id quod ex coloribus ac qualitatibus stellarum, hac in domo existentium apparuerit naturā ex eodem uerbo dubitatur. Postea conuenit ut .4. dominantia, quæ sunt Sol, Luna, ascendens, pars fortunæ, eorūq̄ locorū dispositores alhileg cōstituamus. ¶ Partem igitur fortunæ sciemus, si numerū quem inuenerimus à loco Solis usq̄ ad Lunæ locum, in die ac nocte acceperimus & ab ascendēte inchoando illius numeri quæritatem secundū signorum successiōe cōputauerimus. Hoc itaq̄ modo

partis locū addiscemus. Quod iccirco facimus ut Solis qualitas respectu ascendētis sit uelut qualitas Lunæ respectu partis fortunæ. Erunt enim fortunæ pars quasi ascendens Lunæ. Hanc autē eandem rationem imitari uidentur qui dicunt q̄ in nocturnis natiuitatibus, ut à Luna in Solem enumeremus oportet. Deinde ab ascendente in itando eiusdē numeri quantitatem in contrariū eius quod prædiximus .i. secundū ordinatam signorum antecedētiam cōputemus. Quod cū fecerimus idem partis fortunæ locus qui nobis exierat, secundum modū apparebit, & eadē erit societatis figuræ qualitas. ¶ Conuenit etiam ut ex his in die Solem si fuerit loco alhileg primitus eligamus, sin autē Lunam, quā si nequiuimus eligere stellam, quæ maiores auctoritates habuerit in dispositione loci Solis, & loci præcedētis cōiunctiōis, nec nō & ascendētis eligemus. .i. stella q̄ habuerit ex .5. potestatiibus per quas dispositio consistit .3. uel plures auctoritates in aliquo locorū prædictorum ē eligenda. Quod si non cōtigerit, ascendētis gradū accipiemus. ¶ In nocte uero conuenit ut Lunā primitus eligamus, postea Solem. Deinde stellā quæ maiores auctoritates habuerit in dispositione loci Lunæ, ac loci præcedētis præuentionis, lociq̄ partis fortunæ. Cū autē hoc non euenerit, dominū si natiuitatem cōiunctiō p̄cessit accipiemus ascendens. Si autē præuentio p̄cesserit fortunæ partem, q̄ si fuerint utraq̄ luminaria, & qui secundū conueniens alahix dispositio fuerit in locis alhileg, cōuenit ut ex luminariibus, illud quod loco maioris & fortioris potestatis fuerit, sumamus. dispositorem autē eligere super luminaria nullatenus cōuenit, nisi cum loco maioris & fortioris dignitatis fuerit, habens in dispositione secundum duo alahix auctoritates. ¶ Cūq̄ patuerit alhileg duas eius species nobis obseruare conueniet. Quartū altera est secundum signorum successiōem solūmodo. Altera uero & secundū eorundē successiōem & in successiōis contrariū. Illā quæ est solūmodo secundū successiōem in qualitate, quæ radorum projectio nūcupatur, nos obseruare conuenit, q̄ tūc esse dicitur cū alhileg in locis orientaliibus .i. à cœli medio usq̄ ad ascendens fuerit. Illam uero quæ secundū successiōem & in successiōis contrariū existit ea in qualitate quæ græce urine appellatur, considerabimus. Hæc quidem est, cū alhileg in loco recedēte à cœli medio fuerit, & cum tali ter ista fore percipientur, gradus interitum significās secundum alhileg quæ est in specie quæ contra signorū accidētia inuenerimus, erit gradus occidēs eo solūmodo q̄ ipse uitæ dominium occultat, secundū stellarum gradus ipsi eidem alhileg quæ sic inuenta fuerit applicantiū aut eidem testificantium, ob hoc .i. q̄ ipse collectis numeris super addunt & minuūt usq̄ ad horam qua ceciderit alhileg, præter q̄ non occidens, eo q̄ ad locū hyleg ipsæ non eunt, sed ipsa uadit ad earum loca. At illæ quæ semper addunt fortunæ q̄ uero minuūt infortunæ dicuntur. Mercurius iterum erit cum stellis quibus associabitur in figura. ¶ Numerus autē augmenti uel diminutionis ex locis graduum uniuscuiusq̄ eorum deprehendēt, Ipse etenim secundū numerum temporum horarū, quæ unusquisq̄ gradus eorum habuerit, inueniet. Namq̄ cū tempus diurnum fuerit, tempora diurnalium horarum attribuemus. Cūq̄ nocturnum extiterit, tempora nocturnalium horarū, secundū



quorum quantitate erit numerus annorum perfectorum. Quod intelligendum est esse dictum cum in ascendente fuerint, post hoc secundum ipsius elongationem ab ascensione, numerus itaque ex ipso cum ad occidentis punctum peruenerimus, nihil remaneat. ¶ At secundum alihileg est qui in specie quam secundum signorum successione inuestigamus, loca stellarum infortunarum. i. Saturni & Martis sunt pereuntia, cum corporaliter ad hileg peruenerint, uel cum radios ex quolibet istorum locorum pierint. i. ex locis quartae, ac oppositae radiationis, & fortassis ex sextilibus quae obediunt aut aspiciunt & aequantur in fortitudine. Itaque etiam quartus aspectus loci alihileg qui est secundum signorum successione occidet. Iterum & forsitan idem operabitur sextilis, cum fortuna fuerit, & cum ex signo multarum ascensionum extiterit. Similiter quae faciet trinus, cum fuerit in fortuna, & in signo paucarum ascensionum manserit. Cuius Luna fuerit alihileg interficiet solis locus quicumque, eo quod cum Sol ad locum alihileg istius speciei peruenit, interficiendi & sanandi uim habebit. Ibit enim ipse ad locum alihileg, nec nobis existimare conuenit quod haec loca necessario semper occidant. Nam nullatenus occident, nisi cum infortunabuntur solummodo, quia prohibet hoc. Cum unius fortunae terminus fuerit, uel cum altera fortunarum ex. 4. uel trino, seu ex oppositione ad ipsum gradum qui occidit, seu ad gradum, qui post ipsum occidit succedit radios pierint. Ita quod in pieritione radiorum louis, plusquam 12. gradus, ipsum non transgrediatur, nec Veneris plusquam 8. Similiter etiam ita eueniet, cum coniungatur alihileg stellae, cui corporali conditioni adhaerebit, nec eorum duorum latitudo fuerit eadem. Cum autem stellae saluantes uel adiuuantes aut interficietes duae uel plures fuerint in unoquoque istorum duorum, conuenit ut secundum rerum ea iuuantiu multitudinem ac eorundem fortitudinem id quod ipsorum duorum fortius est obseruemus, secundum multitudinem igitur cum altera duarum specierum plusquam altera fuerit augmentatione manifesta. Secundum fortitudinem uero cum stellae quae iuuant uel interficiunt in locis libimet conuenientibus fuerint, nec in huiusmodi locis aliae permanserint, maxime autem cum stellae unius speciei fuerint orientales, alteriusque speciei stellae occidentales. Quapropter eorum quae sunt sub radijs in occidendo iuuando ac saluando nos nihil generaliter oportet obseruare, nisi ut Luna sit alihileg, tunc etiam ipse idem locus Solis erit interfector, & tunc etiam si infortuna quae cum ipso fuerit cum impenderit, & nulla fortunae eius adiuuauerit considerabimus. ¶ Numeros autem qui sunt secundum longitudinem, quam inter locum alihileg & locum abscisorum inuenimus, ut dissolute et qualitercumque sumatur minime conuenit. Quoadmodum plurimum faciebatur qui secundum certitatem temporum ascensionum graduum illius longitudinis hoc semper esse dicebatur, nec etiam ut hoc aliquid tempore consideremus, nisi cum ascendens fuerit ipse locus alihileg, uel unus locorum ascendentium ad ascendens. Illos igitur qui naturali consideratione hanc speciem obseruauerint, oibus modis unum obseruare conuenit. scilicet quod tempore ex aequinoctialis circuli temporibus erit locus stellarum, uel figurae sequentis loco stellarum, uel figurae praecedentis in natiuitate, eo quod aequinoctialis circuli tempora circuli horis & meridiani lineam aequaliter perambulant, qui duo sunt per quos conformes longitudines locales accipiunt, unum quod tempore uero aequinoctialis circuli tempore loco unius anni solaris constituitur

constituitur. Conuenit igitur ut cum ipse locus alihileg praecesserit & supra orientalem circulum horizontis fuerit, tempora ascensionum graduum ab ipsa hora usque ad horam quae interficit accipiantur, ob hoc quod post hanc quantitatem temporis aequinoctialis circuli, in loco alihileg qui est orientalis circulus horizontis erit interfector. cumque fuerit alihileg in linea medij diei & ascensiones circuli directi secundum quas erit tempus transitus illius partis circuli signorum in circulo medij diei, accipiantur oportet. Cum autem in occidentali circuli horizontis fuerit numerum temporum, in quibus unaquaeque illarum longitudinum cadit, & occidit, accipiemus: quod est sicut numerus graduum ascensionum partium circuli signorum, qui sunt istius opposita. At si locus alihileg cum praecesserit, non in aliquo istorum trium, sed in locis inter ipsa constitutis fuerit, praefatum tempus ascensionum, & tempus occasus ac tempus transitus per caeli medium, non erunt illa, in quibus loca sequentia ad loca praecedentia: sed erunt in quibus ad differentia loca peruenerint, eo quod locus ad quem uadit sequens, loco in quo fuerat praecedens, nec similis nec talis qualis ipse est diiudicatur, nisi cum eius positio, ipsius positioni assimilabitur, & eius pars respectu horizontis & caeli medij, quemadmodum ipsius pars fuerit. Nec contingit etiam ut respectu horum duorum una sit eius positionis, cum fuerit prope loca, quae sunt supra semicirculum, ex circulis per locum communem circulo medij diei, & circulo horizontis transeuntibus. Et hi sunt, quorum unusquisque unam temporalem efficit horam, aequales ad inuicem ferent. Cum autem hic semicirculus praefatum locum communem circumrotauerit, erit eius positio quicumque sicut positio hemisphaerij, quandoque uero sicut positio circuli medij diei. Eruntque tempora in quibus circuli signorum partes haec duo loca pertransibunt inaequalia. Tempora uero, in quibus partes circuli signorum, hunc semicirculum transgredientur, cum in certis locis alijs extiterit, quae differentium sunt longitudinum, erunt differentia. ¶ Generalem autem modum, per quem operabimur ponemus hoc quod subiungitur, uidelicet cum praecedens duorum praedictorum locorum, in ascendente uel in circulo medij diei, uel in occidente, siue in alio loco fuerit, solus ipse locus sequens ibit ad praecedentem, secundum tempora quae per ipsum eundem antecedentem locum pertransibunt. Nam cognito gradu medij caeli, ac gradu praecedentis necnon & sequentis, locum antecedentis gradus prius inuestigando considerabimus, quot temporalibus horis a medij diei circulo distat, numerando ascensiones quae sunt sub gradibus, qui sunt inter hunc & caeli medij gradum, qui super terram, uel sub terram, in circulo directo constituitur. Post hoc eas per numerum temporum horarum quem praecedens gradus habuerit, diuidemus. Quod si super terram fuerit per diurnaliu horarum tempora, & sub terra fuerit per horarum nocturnalium tempora, & quod extierit, erunt horae ipsius longitudinis, a medij diei circulo. Quapropter quia circuli signorum partes, quarum longitudo a circulo medij diei, est una eademque quantitas numeri temporalium horarum, sunt cadentes super unum eundemque semicirculum, ex praefatis circulis, oportet ut sciamus, in longitudine quanti temporis, ex temporibus aequinoctialis circuli, longitudo gradus sequentis a linea medij diei, reddet horas temporales aequales

æquales in numero horis longitudinis gradus præcedētis à circulo mediū diei. Cūq; hoc sciuerimus, considerabimus quot temporū ex æquinoctialis circuli temporibus fuerit longitudo gradus sequentis à gradu mediū cœli, cum positio gradus sequentis prima positio fuerit. Hoc autē ex ascensionibus circuli directi deprehēdemus, post hoc igitur obseruabimus quāta erit eius longitudo ab eo iterum q̄ suarū temporalium horarum numerus quæ sunt inter eum & mediū diei circulū erit, sicut sunt horæ gradus præcedentis, istarum horarū numerus in numerum temporum horarū sequentis multiplicando. At si horæ q̄ nobis extiterint respectu mediū cœli qd̄ supra terrā est accepit fuerint ea per q̄ multiplicabimus erunt tempora diurnaliū horarū. Si autē fuerit respectu mediū cœli qd̄ est sub terra per nocturnaliū horarum tēpora multiplicabimus, deinde id qd̄ inter utranq; longitudinem ex superatione unius ad alterū exierit accipiemus, quia ipsum erit numerus annorū quæsitōrum, & ut hoc qd̄ diximus sit euidentius, Arietis principiū locus præcedens ponatur, locusq; sequens, sit Geminorū initium. clima etiam in quo fuerimus quemadmodū & illud cuius dies longior est. 14. horarū, tempora igitur horarū principij Geminorum erunt ferē. 17. ascendatq; primitus Arietis initium ita q̄ Capricorni principium sit in cœli medio, tunc etenim erit longitudo Geminorum à medio cœli qd̄ est super terram. 148. temporū ex æquinoctialis circuli tēporibus & quia longitudo initij Arietis à medio cœli qd̄ est super circulum mediū diei est. 6. horarum temporalium cum eas in. 17. tēpora multiplicauerimus q̄ sunt quātitas temporum horarū initij Geminorū, eō q̄ longitudo. 148. temporū non est nisi respectu mediū cœli, qd̄ est super terram, erit tempus huius longitudinis. 102. temporū. Sequens igitur locus post tēpora quot sunt tempora superationis quæ sunt. 46. ad præcedentē locū mutabitur, tēpora igitur ascensionū Arietis & Tauri tot sunt ferē, quot & ista tempora, hoc autē ita positum est, ut si locus alihileg sit ipse locus ascendens. Sit iterū cœli medium Arietis initium, ita qd̄ si primā positionem initij Geminorū longitudo à medio cœli qd̄ est super terram sit æquinoctialis circuli temporibus. 58. temporū. Quapropter in hoc secundo loco, nobis obseruare cōuenit quando erit ea in quibus Aries & Taurus mediū diei circulū abscedunt. Ideoq; mediā diem accipimus sic, quandoq; ibidē alihileg esse ponimus. Item sit occidēs Arietis principiū super eundē modum ita q̄ initium Cancrī sit in cœli medio & longitudo principij Geminorū à medio cœli q̄ super terram est sit secundum signorū accessione. 32. temporū ex æquinoctialis circuli temporibus. Rursus quia lōgītudo principij Arietis à mediū cœli circulo, uersus occidentē est. 6. horarū temporalium, cum eas in. 17. multiplicauerimus, habebimus 102. tempora, q̄ sunt à mediū diei circulo Geminorū initij longitudo cum occiderit, eratq; etiam ipsius longitudo uersus hanc eandem partem, cum in suo primo loco fuerat. 32. temporum probatum est igitur ipsum ire ad occidentalem locū in superatiōe q̄ est in hac duo tempora, qd̄ est tempus occasus Arietis & Tauri, actēpus ascensionum duorum signorū eia. oppositorū q̄ sunt Libra & Scorpius. ¶ Item nō sit Arietis initium in angulorum aliquo, & ponamus eius longitudinem uersus

uersus partē p̄missam à circulo mediū diei trīū horarū temporalium, ita quod mediū cœli sit 18. gradus Tauri, sitq; Geminorū principij longitudo cū in suo loco primo fuerit à medio cœli qd̄ est super terram secundū signorū antecedentiam. 13. tempm ex æquinoctialis circuli tēporibus. Cū autē. 17. tēpora in tres horas multiplicauerimus, erit geminorū initij longitudo à medio cœli circulo cū ad secundū locū peruenerit secundū signorū successione 51. tēporis. Erunt quidē hæc oīa tpa 64. & ita perambulauerat locus alihileg cū in ascendente fuerat 46. In medio autē cœli 58. In occidente uero 70. Differūt itaq; numeri tēporū q̄ sunt inter occidētē cœliq; mediū, cū eius locus fuerit ab unoq;q; numerorū q̄ tunc sunt cū ipsius locus aliter q̄ nūc dīximus extiterit, est em̄ 64. tēporū, & secundū tres horas adiectiōis est eius differentia, eo q̄ superatio tēporū q̄ nobis extiterat cum per angulos operabimur q̄ sunt de quarta in quartā circuli 12. tēporū fore nō dubitat, cūq; trīū horarū longitudo fuerat 6. tēporū erat superatio. Modū autē his omibus rebus cōuenientē sic agendo p̄sequemur, licet in hac alia leuiori apertiorq; uia q̄ mox enarrabimus, cōueniēt uti possumus. Cū accedēs igitur gradus fuerit oriens, ascēsiōes q̄ ab ipso usq; ad sequentē extiterit in hoc obseruabimus. Cū autē in cœli medio fuerit ascēsiōes circuli directi cōsiderabimus cūq; fuerit in occidēte, aspiciemus illorū graduū occidētia. At cū in hac locasteterit & erit exēpli causa in supra posita lōgītudine Arietis tēpora supra tēpōis unius ad alterū eorū. s. quæ debent unicuiq; duorū āguloꝝ qui formatur ex utraq; parte Arietis primitus accipiemus, Quia pp̄ quia principium Arietis est in angulū mediū cœli & angulū occidētis, erat em̄ positū ipsius initium post mediū cœli qd̄ est super terrā, accipiemus tēpora q̄ signo Geminorū debent. si foret Aries in cœli medio quæ sunt 58. sumemus tempora q̄ debent ei, si foret Aries in occidēte q̄ sunt 70. Cūq; sic factū fuerit eorū superationes accipiemus, & tunc q̄ horarū tēporaliū longitudo præcedētis p̄cti ab utroq; duorū anguloꝝ ei intrinsecus positōꝝ inuēta fuerit, & quāta sit eius pars ex 6. horis tēporalibus quæ quāta sunt obseruabimus, & secundū ipsius partis quantitatē ex superatiōe quā inter duos āgulos inuenerimus accipiemus. Quod autē acceptum fuerit ab angulo cui relationē fecimus, minuendū uel addēdū fore decreuimus. uerbi gratia. Quoniam augmentum qd̄ sit per has 6. horas positas 12. tēporū fuerat, & quia p̄cedentis loci longitudinē ab unoquoq; duorū anguloꝝ trīū horarū temporalium q̄ sunt medietas de 6. posuerimus, accipiemus dimidiū. 12. qd̄ addimus supra 58 uel minuimus ex 70. inueniemus augmentum esse 60. qd̄ si fuerit huius loci longitudo à quilibet duorū anguloꝝ, duarū tēporaliū horarū qd̄ est illarū 6. horarū pars tertia, tertiā partē de 12. quæ superatio sunt accipiemus qd̄ est 4. Si autē illa horæ lōgītudinis à medio cœli longitudo fuerit, addimus illa 4. tempora super 58. Si uero fuerit longitudo ab occidente, illa eadem 4. de 70. minuemus. Idoneū est igitur ut ex hoc modo quantitates tēporū prædictarum longitudinū sicut conuenit & oportet, addiscamus. Reman sit autē nobis inamquāq; speciē rerum p̄missarū ipsi alihileg obuiantium notificare, q̄ illarū q̄ breuiores sūt tēporis fuerint occidentia, & quæ fuerint ex his q̄ uocātur felimecaturæ, & alia etiā q̄ ei obuiare dicuntur. Cuius rei

cognitio erit ex scientia iniquæ obuiationis impediētis, & bonæ iuuantis quæ secundum mox predictum modum euenire dicunt, nec non ex iniurijs annorum sequentiū super quos locus ille qui ipsi alihleg obuiauerit significatiōem habere non dubitatur. Nam cum iniqua & infortunata fuerint obuiatiōis loca, fuerintque loca stellarum in annorum subsequentiū iniurijs impediētia loca dñantia, illud quod inde pueniet ueraciter esse mortem nobis scire non est incongruum. At si alterum istorum duorum tamen bonum fuerit, id quod inde contingit magnam felicituram esse non dubitamus, quæ sunt impedimēta grādia magni timoris. Quod si utraque bona fuerit pigritia & debilitate uel impedimētum aut exultatiōem seu peregrinatiōes inde contingere manifestum est, proprias autem species in unaquaque istarum rerum contingentes ex similitudine loci rei obuiatis rebus natiuitatis deprehendimus. & cum quādoque dubitauerimus quæ locorum earum infestiores esse debeant, nihil nobis prohibere poterit, quæ existimemus & obseruemus res quæ in unaquaque renati perueniunt ad alihleg, & in hoc quod inde futurum est, id quod ei assimilatur, quod ex accidentibus iam contingit & apparuit, psequemur, eorumque modum omnium considerabimus, eo quod modus in perfectiōe eorum quæ per ea contingunt æqualis fortitudinis est in omnibus. Secundum hoc igitur nostram inuestigationem & eorum augmentum ac diminutionem constituemus.

De forma & figura corporis nati, ac de ipsius complexiōe. Cap. XI.

**P**ost electiones uitæ perfectiōem, formam & figuram corporis, ex rebus particularibus sicut ordinatim conuenit enarrare primitus incipiemus, eo quod corporis qualitates naturaliter animæ qualitates præcedunt. Ideo quæ cum corpus ipsius sit quæ plura in eo apparentia, quæ ipsius coadunatiōi sunt propria cum ipso nascuntur. In anima uero non apparent, nisi ea quæ per primam occasionem post natiuitatem & creationem in ipsa fuerit pedetenti. Illa quidem quæ sunt extra corpus multo post in futuro tempore post ista contingunt. Conuenit autem nobis in uniuersalitate rei horizontem orientalem, & stellas quæ ipsum sequuntur ex erraticis, uel dominos dispositionis ex ipsis, eo quod modo predictimus obseruare. In rei uero particularitate esse Lunæ uelut hic, iterum nobis considerare conuenit, eo quod forma modusque corporis, non nisi ex natura figurarum istorum duorum locorum, & ex figuris planetarum, qui sunt eorum dispositores ac ex comixtione eorum quæ sunt in unaquaque ipsorum specie, nec non ex figura stellarum fixarum cum eis ascendentiū deprehenditur, & illarum quidem quarum uires, aliarum uires præcedunt, sunt stellæ dominatrices dispositionis, quas post adiuuat iterum qualitas ipsius eisdem locis propria, resque particularis quæ leuiter & absolute ex eorum modis enūciari potest, est id quod subiungitur. Primum ergo quod in stellis dicimus, est quod cum Saturnus orientalis extiterit, subaudi & fuerit dispositio solus, erit natura in figura mellini coloris, mediocriterque crassitudinis, pilis eius erunt nigri, capillisque capitis crispis, pectorisque pili spissi, oculi mediocres, corpus temperatæ magnitudinis, & super ipsius complexione uincet frigiditas & humiditas. Cumque fuerit occidentalis erit natus subniger, macilenti, parui corporis, planos & raros habens capillos, aptæ coadunatiōis, oculi eius

li eius nigri, & in ipsius complexione uincet siccitas. Cum Iupiter autem dominus dispositionis locorum predictorum extiterit & orientalis fuerit, erit natus albi coloris & conuenientis, mediocriterque capillaturæ, Oculi eius mediocres, aptæ staturæ, quæritatisque moderatæ. In eius complexiōe calor & humiditas præualebunt. Sed si fuerit occidentalis erit albus, præter quod non adeo erit aptæ albedinis sicut supra diximus, erunt etiam illius capilli plani, & ex anteriori parte caluus, oculi mediocres, & ipse corporis mediocriter, uincet in istius complexione humiditas. Cumque Mars orientalis extiterit albedinis & rubedinis erit eius forma, particeps bonæ quantitatis & idoneæ carnitatis, oculi eius uarij, capilli spissi & mediocres, in ipsius complexione præualebunt calor & siccitas. Si occidentalis autem extiterit, natus tamen rubei coloris erit, & moderatæ quæritatis corporis, paruus habens oculos, & raros ac planos capillos ac flauos, uincet in eius complexione siccitas. Veneris quidem opera operibus assimilatur, præter quod ea quæ per ipsum contingunt pulchriora sunt, & magis recipiuntur, eiusque pulchritudo mulierum pulchritudini magis assimilatur, erit etiam melioris figuræ & conuenientioris qualitatis animæ, corporisque mollioris est. Item ex ipsius proprietatibus est oculos subrufos & idoneos facere. Cum Mercurius ite orientalis extiterit natus coloris mellis assimilatur, eritque in quæritate corporis moderatus, aptæ coadunatiōis, paruorum oculorum capillos habens mediocres, & in illius complexione calor præualebit. Sed si occidentalis fuerit, erit natus subnigredinis croceique coloris participans, macilentus, uocem habens exilem, & canos orbis, erit etiam ipsorum oculorum pupilla uelut oculi caprini declinans rubedini. In ipsius complexione siccitatem præualere non dubitatur. Vnāqueque uero istarum stellarum adiuuant Sol & Luna cum eis associantur in figura. Sol etiam adiuuat in figura & formositate ac in corporis pinguedine, Luna uero generaliter iuuat in temperie & macie uel humiditate. Maxime autem cum ab eo separatur, particulariter etiam erit eius auxilium secundum proprietates illius quod ei inest ex lumine, quæ ad modum in huius libri principio narrauimus. ¶ Stellæ igitur generaliter cum matutinales fuerint & appaeruerint magna corpora facient, & cum in statione prima fuerint uigorem ac fortitudinem eis tribuent. cumque præibunt ea contemperabunt, & cum in secunda statione se mouerint illa debiliora facient, cum autem occiderint eorum miseriam & impedimenta ac grauitates operabunt. Ipsa iterum eadem loca in quibus fuerint nati formam & figuram eiusdemque complexiōem ut prædiximus adiuuabunt. Vniuersaliter etiam quarta quæ a puncto æquinoctiali uernali usque ad solstitiale æstiuale producit, nati boni coloris, statusque conuenientis, aptæque carnitatis, oculorum bonorum fore demonstrabit, & in ipso calor & humiditas præualebunt. Quarta uero quæ a solstitiali æstiuale usque ad æquinoctiale autūnale punctum distendit, temperatæ & mediocriter corporis complexiōem & competentem carnitatem, grandos oculos, spissos capillos atque crispas nato donabit, uincet in eo calor & siccitas. At quarta quæ a puncto æquinoctiali autūnali usque ad solstitiale hiemale præbitur, coloris mellini atque macie gracilem uocem, spatulas amplas, capillos mediocres, aptos oculos nati hęc designabit, & in eo frigiditas & siccitas præualebunt. Quarta autem quæ a solstitiali hiemale usque ad uernale punctum æquinoctiale collocatur, nigrum coloris & temperatū corporis

cōtitate, planos capillos & raros, aptāq; coadunatiōnē nato dare nō dubita-  
 bimus, uicet i eo frigiditas & humiditas. Particulariter autē loca q̄rū figura  
 figuris humanis assimilātur ex figuris. .f. inter circulū signorū & extra con-  
 formatis apte & tēpatae coadunatiōis corpa cōformabūt. Illa uero q̄rū figu-  
 rae nō sunt uerustēperiē corporis in hoc q̄d eorū figuris assimilātur imitare  
 p̄bātur, & eorū mēbra suis mēbris q̄libus assimilari similitudine faciūt, ea  
 nāq; ad magnitudinē uel paruitatē ad fortitudinē q̄q; seu debilitatē ad cō-  
 uenietē uel in cōuenietē coadunatiōnē faciūt fore p̄cliuora. Nā illa quae ad  
 magnitudinē ea p̄ducūt, sunt ut Leo, Virgo, Sagittarius, ad paruitatē, ut Pi-  
 scis Cācer & Capricornus. Itē id q̄d ex Ariete, Tauro, Leonē uersus eorū ini-  
 tia, & in altiori parte fuerit ad pinguedinē mēbra faciet meliora, p̄cliuora.  
 Q̄d autē uersus inferiora, & eorū extrema locat, ea maciei magis applicat.  
 In istorū uero cōtrario id q̄d ex Sagittario, Geminis & Scorpionē uersus sua  
 principia ponit, ad maciē declinare facit, & illud q̄d istorū extrema sibi uen-  
 dicat facit ea ad pinguedinē, p̄cliuora. Itē Virgo Libra & Sagittarius uer-  
 sus tēperiē, & bonā coadunatiōnē corpori p̄ducūt. Scorpis autē Pisces &  
 Taurus illa remouēt à temperie. aliaq; itaq; figurarū q̄litates, & aliter obser-  
 uare easq; ad inuicē cōferre, & pprietates in forma corporū, & eorū dē com-  
 plexiōe, & earū omniū rerū cōmixtiōe coadunatas nobis inde conijcere cō-  
 uenit.

De impedimētis & infirmitatibus accidētibus corpori nati. Cap. XII.

**Q**uoniam enarratio impedimētōrū & infirmitatū accidētū corpori p̄-  
 missa sublegetur eā: hāc inuestigādo specie p̄sequemur, q̄ est ut subiū-  
 gitur. Cū in isto loco hoc iterū generaliter scire cupimus, duos angu-  
 los hemisperij, q̄ sunt ascendens & occidēs. ppriā autē ipsū eundē occidētē  
 illud etiā q̄d ante ipsum est, q̄d id esse manifestū est, cuius nullā cū ascēdētis  
 angulo colligatiōem fore dicimus, duas quoq; stellas infortunatas & q̄lis  
 sit earū qualitas, respectu horū locorū nos obseruare cōuenit. nā cum utrā-  
 q; uel earum altera respectu graduū ad loca p̄dicta ascendentiū in ipso  
 eodem loco uel in eius quarto seu opposito aspectu fuerint, infirmitates &  
 impedimenta in ipso nati corpore cōtingentia euenire non dubitabimus.  
 Maxime autē cū alterū uel utrūq; luminare fuerit in angulis eo modo quo  
 p̄diximus ut in eodem secundo uel duobus ad inuicē oppositis, sit utrūq;  
 tūc etenim nō solum cōfortatur infortunarū alterum cū ad eos ascenderit  
 post luminaria & in angulo fuerit infortuna, ad aliquid ex p̄dictis infirmi-  
 tatibus faciēdum, ut infirmitates quas emisperiij loca significāt, & loca sig-  
 norum naturaeq; stellarū infortunatium & infortunarū, stellae quoq; q̄ eis  
 afficiant in figura. Verum etiā super hoc iterum cōfortatur cum ascēderit  
 ante luminaria, eo q̄ uniuscuiusq; signi partes circundātes partē recipiētē  
 lumen ex emisperiij partibus. dico partem impedimenta suscipientem, eam  
 corporis partem in qua futurum cōtinget significant, designāt etiam utrū  
 id q̄d eueniet impedimentum sit uel infirmitas aut utrūq;. Naturae quoq;  
 stellarum impedimēta & casus specificant, eo q̄ Saturnus habet ex dignio-  
 ribus partibus hominis auditum dextrū, splenē, uesciā, & flegma. Iupiter  
 uero

uerō tactum, pulmonem, costas, cartilagineas ac sperma. Mars autē sinistrā  
 auditum, rignones uenas & testiculos. Sol uisum cor & cerebrum neruos  
 & omnia dextrae partis membra. Venus odoratum epar carnem. Mercurius  
 locutionem, deliberationem, memoriā, linguam, fel atq; nares. Luna  
 gustum & deglutitum stomachum, uentrem, mulierum pudenda, & omnia  
 sinistrae partis membra. Impedimēta uero generaliter cōtingent in ma-  
 iori parte, cū infortunatrices stellae quae sunt, & earū occasio fuerint orienta-  
 les. Infirmitates autē euenient cū eadē stellae fuerint occidentales, eo quod in  
 utrumq; istorū duorū est separatio. Nā impedimēta nō nisi semel cōtingēt,  
 nec multum durabūt. Infirmitates uero uel semper durabunt, aut recipro-  
 cado cōtingent. In rebus uero per quas accidentia particularia dephendun-  
 tur cū ipse ppriā experimētatae sunt, & obseruatae figurae & q̄litates inue-  
 ntae sunt infirmitates & impedimenta significātes, q̄d dephendum est ex ac-  
 cidentibus q̄ sequūt & accidunt in parte maiori secundū confimiles positiō-  
 nes stellarū in qualitatibus. Erit em in altero oculorū uisus amissio, cum Lu-  
 na sola fuerit in p̄dictis angulis, fueritq; in ipsa hora conijctio uel p̄uentio  
 uel cū fuerit in alia figura cū soli, & habuerit alicūsal cū aliq̄ stellarū alace-  
 ha q̄ nubib; assimilāt, & sunt in signorū circulo uelut stella nubilosa, q̄ est i  
 Cācro & athoraiā, q̄ est in Tauro & cacumē sagittae Sagittarij, cauda q̄q;  
 Scorpis, & id q̄d est circa alhafera ex partibus Leonis, nec non calbec  
 Aquarij. Cūq; Luna fuerit in aliq̄ anguloꝝ occidentalis, fuerit Mars solus  
 uel Mars & Saturnus orientales euntes ad eā à longe, uel si Sol fuerit in an-  
 guloꝝ aliq̄, & ante eū hae duae stellae ascenderint, uel si duobus luminari-  
 bus associantur in figura, & utrumq; luminare in uno eodēq; signo, uel in  
 oppositis & respectu Solis matutinales extiterint, Lunaq; respectu uel per-  
 tinuales in utroq; oculo futurū cōtingēt. Per Martē igitur id q̄d ex amissio-  
 ne uisus p̄diximus eueniet aliq̄ actu, uel ferro aut cōbustione. Et si Mercurio  
 fuerit associatus in figura cōtinget hoc ex luctamine uel ludo, siue per  
 hoc q̄d ei ab iniqs fiet. Saturnus autē faciet hoc ex oculorū albugine uel fri-  
 giditate, aut iaculatione, et ex his similibus. Item cū Venus in aliq̄ p̄dicto  
 rū anguloꝝ & pprie in occidentali fuerit & extiterit cū Saturno, uel ei in fi-  
 gura associata fuerit, suaq; loca cōmutauerit, fuerit Mars eleuatus super eā  
 uel in eius oppositiōe cōtinget, ex hoc hominibus nō habere filios, mulieri-  
 bus abortum, & partus intēpestiui, q̄nq; etiā puerorū detrucciōes inde  
 cōtingent, & pprie in Cācro ac Virgine & in Capricorno, & cum Luna  
 ab oriēte habuerit alicūsal cum Marte. Q̄d si hoc iterum modo Mercurio  
 & Saturno Venus associetur, eleueturq; super eā Mars, uel sit in eius op-  
 positiōe per diametrū, natus erit absq; testiculis aut hermafroditus uel clau-  
 sus, & cū hoc ita fuerit, & Sol iterum in figura fuerit associatus, masculi-  
 natq; fuerint luminaria, & Venus & Luna occidentalis, infortuna q̄q; in gra-  
 dibus sequentibus, si natus fuerit masculus ementulabitur, uel in suis im-  
 pedimēta testiculis accidēt. Maxime autē cum hoc in Leone, Ariete, siue in  
 Scorpione aut Capricorno seu Aq̄rio fuerit. Si foemina uero fuerit, erit ste-  
 rilis, & forsan istorum aliq; oculorū impedimēta nō effugiet. Nati q̄dem  
 q̄s; linguarū tenēt in loquēdo, & q̄ balbutiētes existunt, sunt hi q̄bus Satur-  
 cc ij nus

nus & Mercurius in predictis angulis cum Sole fuerint. Maxime quidem cum Mercurius occidēialis extiterit, & utriq; Lunæ in figura associatus fuerit. Mars autē si cū his duobus stellis fuerit, ex quo Lunæ associet suarū linguarū tenacitatē in pte maiori denodabit. Itē cū ad infortunatrices stellas etī angulis ifortunatas inerit lūinaria, uel cū i opposito luminariū infortunatrices fuerint, pprie autē cū Luna fuerit in altero duorū nodorū uel in calmō, aut in signis infirmatibus, ut Aries, Taurus, cancer, Scorpius & capricornus, cōtingent corpori gibbositatis impedimenta uel alicuius membrīs destructiones, ut claudicatio, deficcatio, aut disfunctio. Quod si fuerint cum luminariibus infortunatrices ab ipsa hora partus hæc eadem impedimenta cōtingent. Si autem in cœli medio fuerint & super luminaria eleuent fuerintq; loca earum in lōgitudine cum eis aduenierit hæc impedimenta per accidentia maxima plena timoris, ut præcipitatio uel casus in manus latronum, seu per quadrupedia. Et si Mars eleuatus extiterit & dominetur ex cōbustioe ignis uel ex plagis maximis, siue quia in latronū manus incidet, hæc cōtingent impedimenta. At si Saturnus eleuet & dnēt, hæc eadem accident impedimenta ex p̄cipitatione, uel submersione, aut ex paralyfi. Impedimenta q̄dem q̄ frequentius accidunt, cū Luna in duobus p̄ctis æquinoctialibus & duobus solstitialibus existit sunt hæc. Cū fuerit itaq; Luna in puncto æquinoctiali uernali, impedimentū inde contingens erit pprie morifera, & si fuerit in puncto solstitiali æstiuo erit impetigo, & in puncto æquinoctiali autumnali, erit albaras. at si fuerit in puncto solstitiali hyemali frequētius inde contingēs erit lentigo & similia. Accidunt autem infirmitates, cum infortunæ p̄dicto modo associatur in figura Soli uel Lunæ, modo tamen cōtrario. i. ut ei associet & sint matutinales & associet Lunæ & sint uespertinales. Illud autē qd̄ generalit̄ ex infirmitatibus cōtinget est id qd̄ subiungitur. Cōplexiōem uentris nati, facit Saturnus frigidā & ualde flegmaticā, aut ex humorib; ad mēbra discurrētibus macilentū, morbidū, & ictericū, plagā etiā i intestinis, tussim, sputū, cauleg atq; leprā, & cū his oibus accidet mulierib; dolor uuluar. Mars autē sputū sanguinis & melācholiā q̄ ex nigris colorib; puenit, apostemata in pulmone atq; scabiē, & cū hæc accidet ei, semp̄ impedimēta ex incisiōibus & adustionib; in eo factis pp̄ infirmitates q̄s i occultis locis patiēt, ut sunt sic; atq; fistulæ, et id qd̄ in corpore nascit̄ et amplificat, aut quæ admodū sunt ulcera calida ignea, necnō et ulcera q̄ corrodedo crescūt mulierib; etiā cum his accidet pueror; aborsus & eor; deturcatioes, p̄dictæ q̄q; naturæ stellar; q̄ ad uicē associatur in figura, pprias infirmitates in mēbris corpis qn̄q; faciūt q̄s in augmēto malitiæ Mercurius adiuuat. Saturnū etē iuuat in infrigidādo & pprie in decursu humor; ad mēbra, et in eor; nocumētis. Maxie aut in his q̄ ad palatū & pect; atq; stomachū discurrūt. Martē uero iuuat i deficcādo, & in his q̄ ex deficcatioe pueniūt, ut sunt crustæ ulcer; et escare clubailē, et erisipila, et impetignes iniq;, melācholia, frenesis, epilepsia, et his similia. Hæc iterū habēt qn̄q; pprietates lectidū signor; differētias, i q̄b; fu erit earū societas i p̄dicta figura, q̄ sup duos angulos fuerit, nā Cancer, Capricorn; & Pifces, & oīa signa q̄q; figuræ syluestrib; animalibus atq; Pifcibus affie

assimilatur infirmitates pprie generat q̄ corrodedo augmētant. Petigines q̄q; excoriatioes forofulas, fistulas, lepras, & his similia. Sagittarius autē & Gemini faciūt casum & epilepsia, & his similia. Cūq; in postremis partibus signor; stella fuerit accidēs, infirmitas pprie i corpis extremis apparebit, qd̄ euenit pp̄pter impedimēta ei cōtingētia, & pp̄pter humor; decursus, p̄ q̄s lepra puenit, et secūdū maiore partē podagra & ciragra inde cōtingit, cū hæc ita fuerint si fortunæ nō associetur in figuræ stellis infortunatibus, q̄ sunt hor; occasio, nec lunarib; etiā in angulis existētib; erūt infirmitates & impedimēta inde pueniētia ualde graua & incurabilia. Idē itēq; eueniat et cū eis associatur in figura, & sup eas eleuata fuerint infortunæ uel magis fortes. Cū aut in suis dignioribus figuris, & fortiores infortunis, q̄ sunt opp̄ occasioes fortunæ fuerit, tūc nō erūt impedimēta turpia, nec ad uerē cūdiā erūt etiā infirmitates leues, q̄ cito q̄scūt. Hoc aut eueniet cū fortunæ fuerit orientales. Iupiter etē occultat impedimēta, et q̄scere facit infirmitates alior; auxilijs ei causa pecuniæ uel p̄bitatis attributus. Cūq; fuerit cū Mercurio delectat infirmitates cum medicaminibus, uel per iustorum medicorum medelas. Venus autem decorabit impedimenta parte quadā decorationis, causa, diuinis occasionibus uel prophetijs, infirmitates quoq; quo quomodo lenit, & eas medicaminibus diuina occasione proueniētibus cessare facit. At si Saturnus cum ea fuerit, erit hoc notū & manifestū uel horum æquipollens. Et si Mercurius cum ea fuerit, fiet hoc cum proficuo & lucro patientis, quod propter hoc patietur illi contingeret.

#### De qualitatibus animæ nati. Cap. XIII.

**M**odus quidem quo corporis accidentia p̄gnosticant est hic quem prædiximus. Ex animæ uero qualitatibus id qd̄ pprie intellectui & ratioi pertinet per Mercurij qualitates semper agnoscit. Illud autē qd̄ est irrationabilitatis exaltatio duū luminarium grossis corporibus pp̄inquo riqd̄ Luna dicitur, nec non ex stellis in figura ei associatibus, & cū ea alicti sal & alinchire habentibus deprehēdit. Quapropt̄ quoniā motus animæ eiusq; qualitates multor; sunt modorū ut eor; inuestigatio unō eodēq; calle plano & qualitercūq; pcedat, nullatenus cōuenit, sed ut multis obseruatiōibus diuersisq; cōsideratiōibus attendat, eōq; signorum differētia in q̄bus Luna Mercuriusq; & eorum domini fuerit, pprietatum animæ qualitates multū iuuant. Societates iterū figurarum stellar; in prædictis respectu Solis & angulorū partē habentiū, qualitates q̄q; naturis uniuersalib; stellar; pprie animæ motibus auxiliantur. ¶ Ex signis igit̄ mobilia, generalit̄ ter faciunt animam res uerniōs & in uniuersalitatē atq; ciuitates diligere eam. Item laudem affectare cōpellunt, ac diuinis cogitare & esse acuti ingenij, laudabilis motus, inuestigatricem, liberalē alijs, bonæ opinionis & in stellarum iudicijs peritam. ¶ Cōmunia faciunt eā multiformem leuis mutationis, difficilem ad cognoscendum, agilem, amātem, instabilem, dolosā, multiuolam, amatricem musicæ, habilem, perspicacis intellectus, penitibilē. ¶ Signa uero fixa faciunt eā rectā, infallacem, immobilem, boni ingenij quietam



quietā, intelligentem, patientē laborem, toleratricē, rigidā, refrenantē uoluptates, inuidā uolūtatis, efficacē, imitatricē, honoris amatricē, cōtentiosam transgressoriā, incōuertibilē ex stellarum q̄litatebus earumq̄ figuris, id q̄d oriētale fuerit & ascēdēs. Proprie autē id q̄d in sua almiua sibi ppria fuerit faciet animā liberā, idoneā, & in sui ipsius cōsilio cōfidētē, rigidā, acuti in genij, largā & apertam. Stellarū autē matutinalium statioēs, & cum in medio cœli fuerint, faciunt animas cogitatrices, fixas, memores, quietas, intelligentes, magnanimas, immobiles, inconuertibiles, infallaces, cognoscentes, operarias, inuestigatrices, in ueris scientijs peritas. Ascensionēs q̄q̄ stellarum in noctis exordio & earum occasus faciunt animas leues, agiles, debiles, laborum intoleratrices, leuiter passibiles, infortunatas, pusillamines, effricatrices, pusillanimiter magnas, tentantes, fessas, tarde, mobiles, solitarias. Stationes quidem stellarū uel pertinalium, & cum fuerint in cœli medio q̄ sub terra est. Occasus etiā Veneris ac Mercurij uespertinalis, cū tempus diurnū fuerit, & earundē matutinalium occasus cū tempus nocturnū extiterit, reddet animā mūdā, purā et sensatā, incōueniētis memoriā, illaboratricē, nullius laboris amatricē, reꝝ secretarē, inuestigatricē, et occultorū inq̄stricē, uelut nigromātiæ, absconditorū, reꝝ altissimarū, ac sciētiae instrumentorū & machinarum, operum mirabilium, & iudiciorum stellarum, eā etiā faciet pphetatricē, & secundū artes augmētatricē, somniorū interpretem & his similia. ¶ Itē stellæ quæ rerum animarum dispositiōi dominātur cū in suis locis suisq̄ haiz sibi pprijs atq̄ similibus fuerit, sicut i pmissis expla nauimus animarum pprietates apertas faciunt, quarum effectus nihil impedire poterit, & quarum unaq̄q̄ parte sola manebit & p̄sperabit. Maxime autē cum unæ eadē stellæ duorum locorum dominatrices fuerint, .i. ut loco Mercurij qualitercūq̄ associantur in figura & à Luna separātur uel habuerint cum ea alicuius. Quod si nō ita fuerit, ut dictum est, uel si in locis sibi nō pprijs extiterint earū ppriæ naturæ, qualitates animæ nō apertas, sed occultas faciēt & imperfectas q̄ nō p̄sperabunt. Naturæ uero stellarum illis dominātiū, uel super eas eleuatarum animarum humanarū, opera rigida, suisq̄ subiectis nociua faciunt, uelut iniusti hoies & iniq̄ q̄bus pp̄ infortarum similitudinē hæc cōtingūt, q̄ cum dominātur ipsorum motus ad alios impediēdum leues faciunt, q̄ nihil p̄hibebit, nullaq̄ erit in eo difficultas. Cum autē istis dominantur stellæ q̄ fuerint ex haiz earum haiz cōtrarijs eos infirmi nois esse faciunt, nec p̄sperabunt, & ex eis supplicia sumētur. Nec nō etiā quēadmodum iusti hoies & æq̄ q̄bus p̄ similitudinē fortunarū hoc accidet, sup̄ quas cum nihil eleuetur in alijs benefacere gaudebunt, & illud cōmēdabunt, nec aliq̄d eis inde dānum cōtinget, imō eorundē bonitas sui p̄fici erit occasio. Cum autē earum cōtrariæ stellæ super eas eleuētur cōtinget p̄dictorum contrarium & p̄pter eorum mollicitē atq̄ getē dilectionē etiā in hominibus & pietatē, paruipēdēt ab hoibus & inculpabunt, & eis uiolentiā inferent. Hæc igit̄ est uia generalis qua sensatæ et rationales aiæ qualitates p̄nosticātur, pprietates autem particularium q̄ ex stellarum naturis secundum earum dominū cōtingunt elocutiōe generaliter edocebimus, usq̄q̄ ad cōmixtionē q̄ generali calle dep̄hēdit̄ pueniamus.

¶ Cum

¶ Cum solus igitur Saturnus dispositiōi rerum animarum dñetur, fueritq̄ dominus Lunæ & Mercurij, si respectu mundi & angulorū cōueniēs fuerit, natus iustos homines amabit, & erit rigidi p̄fidiq̄ cōsiliij, in sui cōsilio ipse cōsilio permanebit. laboriosus erit & disputator, q̄nq̄ autem à ueritate modi cum declinabit, eritq̄ locuples & appetitor regni uersipellis is thesaurizator, subterraneus inuidus. ¶ Si autē in huius q̄d diximus cōtrario extiterit, ut incōuenient uidelicet existat natus fuerit, immūsus, uilis pusillanimus, insciens, in suo tantū cōsilio permanens, inuidus, inaudax, ab hominibus separabitur, in uerbis dolosus, amator occultationis & lugubrij, inuerecundus, infortunatus, laboris amator, neminē diligens, deceptor amicorū, nunq̄ gaudebit, bonorum maliuolus. ¶ Q̄ si Ioui assimilatur secundū q̄d p̄diximus, eiusq̄ qualitas cōmendabilis fuerit, natus erit iustus, senes honorabit, eritq̄ sani cōsiliij, adiutor regni, cognitor, magnanimus, bonæ notitiæ, dilector amicorū, quietus, intelligens, patiens, philosophus. ¶ Sed si huius stellæ qualitas p̄dictis contraria fuerit, natus erit ignarus benefacere, insensatus, circa diabolica cōuersabitur, in horatorijs commorabitur, futura p̄dicet, abhorrebit habere filios, non habebit amicos, morabitur in criptis & speluncis, cum hominibus non conuersabitur, nec in eo quis confidet, erit insipiēs, malus, debilis, honorem nō amabit, p̄cniētēs, malæ receptionis, electionis malæ, laboris patiens. ¶ Q̄ si Marti assimile & ipse bonæ qualitatis & laudabilis existat, erit natus nō cognosceus ualde laboriosus miser & imbecillis, nocens, magna cū timore tērabit, erit grauis baratator, nō pius, oia paruipendet, imoderatus, bellicosus, animā suam ponet in timore, amabit conturbatiōes proditor erit, aliorū perturbator, inuidiæ pessimæ, pro euentu aliquo eius anima mutabitur, homines laborare faciet, ui præerit alijs, transgressor, odio reges habebit & principes, amabit ipocrisim, & uictoriā, inuidus, male profunditatis, erit grauis ad tolerandum, rusticitate plenus, intolerabilis, ostentator sui iniquus, hominibus nocebit, & eos uilificabit ac odio habebit, nec mutabit, nec altera bitur, intromittet se de pluribus, & ab eis leuiter recedet, erit artifex & studeus generaliter etiam prosperabitur. Sed si hæc stella fuerit in p̄dicti cōtrariū, natum faciet esse deprædatorē, ac uiarū alcisorem, miserū, malæ qualitatis & mali lucti, deum nō timebit, nec aliquē amabit, blasphemator perturbator, latro, deceptor, p̄ditor, interfectoꝝ, incestus malus ipse, homicida, nigromanticus, depredator oratorij, fornicator, sepulchrorū uiolator, & generaliter nequam erit in omnibus. ¶ Q̄ si Veneri Saturnus assimile, & ipsa bonæ qualitatis existat, natus mulieres abhorrebit, senes & roncinos amabit, eritq̄ malæ receptionis, honorem non appetet, abhorrebit formosa, erit inuidus malæ societatis, ab hominibus se gregabitur & in sui ipsius consilio confidet, deum uerebitur, eritq̄ cœlati cōsiliij, malæ legis, amabit occulta, diuinator, de diuinis cogitabit, pacificus, uerecūsus, amator scientiæ, fidelis, abstiniēs, deliberator, ab imundis se abstiniēs, tediosus, & in mulieribus zelotipus, hæc autē stella cum fuerit in p̄dicti contrarium, natus erit fornicator & imundus turpia committet in suis, turpis aduiter, à mulieribus se decipi permittet, maxime autē à suis cōsanguineabus, erit ualde

de miser

de miser, imbecillis omnibus modis, circa uenerios actus absq; intermissi  
one sollicitabitur, abhorrebit formosa, maledicus, superbus, celabitq; ani=  
mū, uilis, sceleratus, in coitu turpit, & extra naturā Veneri subñcietur. Hic  
autē cū anno sis & uilibus hominibus, & cōtra legē, cū bestijs etiā facere de=  
siderabit, deū nō uerebitur, uilipendet secreta, & orationis domo fastana ca=  
stafa & omnia uilipendet, erit nigromāticus, & de omnibus se intromittet.  
¶ Qd si Mercurio Saturnus associetur, & ipse bonæ qualitatis existat, erit  
natus res atq; legū inquisitor, & inuestigator, amabit medicinæ sciētā, oc=  
cultus, occultorū deliberator, mira faciet, sophera erit, leuis, diipositor, bo=  
ni ingenij, amaræ animæ, inuestigator, acutus, amator intelligentiæ, & ope=  
rum ei etiā bene cōtinget. At si hæc stella fuerit in prædicti cōtrariū, erit na=  
tus inuidus animæq; turbidæ, laboriosus, odiosus, habebit cōsanguineos,  
erit laboris amator, tristis, in nocte turbabitur, pntor, deceptor in suis ne=  
gocijs, nō associabitur hominibus, latro, sciēs, nigromāticus, incātor, uer=  
futus, non prosperabitur. ¶ Iupiter autē cū soly extiterit dñs dispositiōis a=  
nimæ, si laudabilis qualitatis fuerit, erit natus magnanimus, largus, iustus  
uerecūdus, hilaris, homines amabit atq; formosa, liberalis, æquus, magnæ  
cogitatiōis, mansuetus, egregius, in suis operibus pius, benefaciet homini=  
bus, amabilis ductor. Qd si fuerit in p̄dicti cōtrariū, erit qualitas animæ  
nati, similis p̄dictis, p̄ter q̄ in his erit debilior, & magis occultus, & absq;  
bono intellectu, loco namq; magnanimi erit, pdigus, loco iusti seruiet dia=  
bolo, uel erit malæ opiniōis, & uerecūdiæ loco erit caudardus, & loco mā=  
fueti erit superbus, erit etiā loco diligendi hoies bonæ qualitatis animæ, &  
loco amādi formosa, diligit delectatiōes, at loco magnæ cogitatiōis erit cō=  
tumax, & plibertate inscius & his similia. ¶ Qd si Marti iupiter assimile  
& qualitatis ipse laudabilis existat, erit nat9 uerfuti, placitator, bellicosus,  
dispositor, nūc agēs fortissimus, & nulli humiliabit, erit etiā homo exercitū  
uiri & operū, cupiēs uīdicari, & penitus superare, semetipsum dñm faciet, e=  
ritq; rerū inuētōr, rei ueritatē nō ignorabit, puidus erit & magnanimus, p=  
sperabitur, quæret etiā honorari, iracūdus, rerū cognitor, multisq; multa  
mandabit. At si hæc eadē stella in huius p̄dicti cōtrariū extiterit, erit natus  
blasphemator, & uerborum perturbator, impudēs, nullius rei celator, uili  
p̄for aliorū, hypocrita, mēdicus, superbus, inobediens, dep̄dator, leuiter al=  
terabitur, leuis, pœnitens, instabilis, uilis, infidelis, nullius noticiæ ac consi=  
lij, insensatus, raptor, suorū amissor, & generaliter diuersarū erit qualitātū  
modorūq; mutabiliū. ¶ Quod si Veneri fuerit similis & laudabilis qualis=  
tatis existat, natus erit simplex, amās nitiditatē & magisteria atq; rerū inue=  
stigatiōes, cātos etiā & iocos atq; comestiōes appetēs, eritq; bonæ qualitatis  
animæ, pius, sani cordis, deū amabit & illi seruiet, cupiet etiā amore dei la=  
boriosus esse, erit sensatus, & amans, humilis animæ splendidæ, gratificus,  
munificus, librorum lectiōes nullatenus adhorrebit, erit rerū cognitor, et  
circa legitimos Veneris actus temperatus, suos etiā cōsanguineos amabit,  
honoris nominisq; formam concupiscat. Generaliter quidem erit iustus &  
probus. Sed si hæc stella fuerit in prædicti cōtrarium, natus erit illabori=  
olus, delicatæ uitæ, muliebris animæ, saltator, eius ira mulierum iræ assi=  
mila

milabitur, erit prodigus, in rebus mulierum insensatus, procus, libidinosus,  
delinquens, capillorum ornatus amabit, semetipsum extollet, nescius  
suorum amissorum gaudebit, in hominum erubescencia leuiter impediēt,  
sui compos erit, fœmineiq; sensus, in rerum ecclesiasticarum dilectione præ=  
ualebit, in rebus præcedet, erit occultator, & fidelis, omnium malorum  
ignarus, cunctis obnoxius. In suis operibus commendabilis & liberalis,  
in omnibus quæ fecerit. ¶ Quod si Mercurio iupiter assimiletur, & fue=  
rit qualitatis idoneæ, erit natus in librorum lectionibus assiduus, amæ=  
bit sillogismos, & erit geometra, peritus in quadriuiuo, uersificator ac ser=  
mocinator, acuti ingenij, humilis, boni consilij, laudabilis in moribus,  
beneficus, dispositor, bonæ qualitatis animæ, dapilis congregationis,  
bonæ opinionis amator, bene & subito incepta perficiet, erit homo regi=  
minis, bonæ credulitatis, medicus regis, deum diliget, bonæ animæ a=  
mabilis, consanguineos amabit, indolis erit bonæ, amator scientiæ, ho=  
mo diuitiarum. Quod si hæc stella prædicti cōtrarium optinuerit, erit  
natus stultus, stultiloquus, frequenter fallitur, miser, continget ei alana=  
tissimus, diuini adhærebit, impetuosis erit, amator animæ, cum sit stul=  
tus, sapiētē se putabit, superbus, perturbator, in alterius seruitute semet=  
ipsum collocabit, motus erit inordinati, uerbosus, bonæ memoriæ, homo  
doctrinæ & appetitus rigidi. ¶ Quod si Mars animæ dispositioni solus  
dominetur & laudabilis qualitatis existat, natus erit fortissimus, & potēs  
iracundus, armorum appetitor, animosus, ponet animam suam in mor=  
tis periculo, nulli se humiliabit, destructor, in suis confidet uiribus, pri=  
mus in bello, uilipendet omnia, uiolentiam hominibus ingerit, & e=  
rit homo regiminis. At si hæc eadem stella fuerit in istorum quæ prædicta  
mus cōtrarium, natus erit tediosus, blasphemator, sanguinis effusor, cō=  
trarietatum amator, consumptor, garrulus, stultus, superbus, depræda=  
tor, in ipsius maleficijs inordinatus, deinceps consanguineos abhorrebit  
& deum ignorabit. ¶ Si uero similis Veneri fuerit, & idoneæ qualitatis  
extiterit, natus erit alacer, & bene morigeratus, suos amabit socios, mol=  
lis uitæ, iocosus, bonus homo, aptæ complexionis & formæ, amabit salu=  
tationes, procus, homo diuitiarum & quietis, uir leuis in coitu, ei tñ inde cō=  
tinget bene, sibiq; præcauebit, sapiēs, uerecundus, & cognitor, item libēter  
habebit rem cum uiris & mulieribus, erit etiam deuastator, leuis iracun=  
diæ & zelotypus. Quod si hæc eadem stella in prædicti cōtrarium con=  
uersabitur, natus multus ac superfluus erit in coitu, diuersarūq; qualitātū  
oēs uilipendet, delinquens erit, blasphemator, mendax, pditor, suos & alie=  
nos decipiens, appetitus festini, fastidiosus, coniugatarū & uirginū corrup=  
ptur, uersutus, acutus, inordinat9, deceptor, peierabit, ideōq; in ruborem  
& uerecundiam subito cadet, insensatus, semetipsum fortassis adornare  
cupiet, impetuosis, turpia committet, & horridus erit. ¶ Qd si Mercu=  
rio Mars assimiletur & cōmēdabilis qualitatis existat, erit natus cōductōr,  
exercitū rector, festini mot9, potēs, amās, sapiēs, laboriosus, cogitator, uer=  
